«95. [...] Cum igitur de scholasticis & coadiutoribus nostrae societatis definiat Gregorius XIII esse vere & proprie Religiosos non secus atque eos qui solemniter in eadem societate & in aliis Religionibus professi sunt, sequitur non minus certum esse nostros scholasticos & coadiutores esse Religiosos, quam professos: quis autem neget de fide esse solemniter professos in quavis Religione vere & proprie Religiosos esse?

Deinde praedicta definitio & sententia, quam proposuimus, probatur ex ipsa definitione status religiosi, quam ex doctrina tradita c. 3 colligere possumus. [96] Nam cum ad statum Religiosum praeter tria vota substantialia necessaria sit iurisdictio alicuius praepositi in eos qui tria vota emittunt, ratione cuius iurisdictionis tria illa vota constituunt statum aliquem & modum vivendi, & sine qua non possent illum constituere, ut c. 4 ostendimus, sequitur praedictos scholasticos & coadiutores nostrae societatis esse vere et proprie Religiosos, siquidem emittunt tria vota substantialia Religionis iuxta regulam approbatam,

---

<sup>53</sup> GABRIEL VÁZQUEZ, *Commentariorum ac Disputationum in primam secundae Sancti Thomae*, tomus secundus. Quaestio XCVI, art. IV, disp. 165, cap. 9, num. 93, 2<sup>a</sup> ed. Compluti 1614, pág. 208.

<sup>54</sup> *Ibid.*

& ratione illorum vere & proprie constituuntur sub iurisdictione unius praepositi»<sup>55</sup>.

Añade que no importa que esos votos simples no obliguen a los superiores de la Compañía a mantener perpetuamente en ella a los religiosos cuyos votos han aceptado; porque el siervo lo es, aunque pueda ser manumitido por el dueño, cuando él quiera. Más aún, en el caso de los religiosos de votos simples en la Compañía, estos no pueden ser dimitidos sino por causas suficientes:

«97. [...] Dixi autem maiori ratione qui talia vota emittunt esse religiosos, quam aliquem esse servum alterius; quia servus dimitti potest pro sola domini voluntate, & ita obligatio servitutis extingui; at vero predicti scholastici & coadiutores dimitti non possunt e nostra societate pro voluntate praepositi, sed solum ex causa, ut cesset obligatio votorum, quae in societate emiserunt, quare hi multo perfectiori ratione Religioni traditi dici debent»<sup>56</sup>.

Que una profesión de votos simples constituya religioso a quien la hace es para él una novedad, a pesar de los argumentos que aducen algunos autores.

«Sunt autem aliqua verba Patrum quae significant initio aliquarum religionum vota aliquando emissa fuisse sine perpetua illa & ex utraque parte indissolubili traditione, per quam voti solemnitas completur»<sup>57</sup>.

Refiere Vázquez unas palabras de San Basilio, de San Agustín, de San Benito, y algún hecho narrado por San Gregorio en sus Diálogos. Sin embargo, en su opinión los términos que usa Gregorio XIII parecen indicar que se trata de una novedad lo establecido en la Compañía de Jesús:

«100. [...] Ex adverso autem est quod Gregor. XIII, dum confirmat nostrae societatis institutum, significare videtur usum hunc votorum simplicium, quibus quis constituatur Religiosus, in nostra societate coepisse»<sup>58</sup>.

Aduce textos de Gregorio XIII en las dos bulas *Quanto fructuosius*, 1583, y *Ascendente Domino*, 1584, en las que da a entender que concede algo especial a la Compañía de Jesús. Pero, concluye, que lo importante es que quienes emiten votos simples en la Compañía de Jesús son religiosos:

«101. [...] Sed quidquid sit de hac re, an ante societatis nostrae Religionem fuerit usus votorum simplicium ad constituendum aliquem Religiosum, certe ex definitione Pont. Greg. nunc certum omnino est, illos, qui post biennium tria vota simplicia in societate emittunt, vere & proprie esse Religiosos, non secus atque professos, ut idem Greg. ait. Nempe ob

<sup>55</sup> *Ibid.*, num. 95s, pág. 209.

<sup>56</sup> *Ibid.*, num. 97, pág. 209.

<sup>57</sup> *Ibid.*, num. 99, pág. 209.

<sup>58</sup> *Ibid.*, num. 100, pág. 210.

rationem superius explicatam, quia illi, qui ea vota emittunt, vere & quoad ipsos quidem attinet, perpetuo se religioni ad divinum obsequium se tradunt, tametsi eorum traditio dissolvi ex causa a religione possit, & per dimissionem eorum a societate votorum etiam obligatio possit cessare, qua de causa eorum vota solemnia non sunt, ut superius diximus»<sup>59</sup>.

Gabriel Vázquez es contrario a la sentencia que atribuye la solemnidad del voto a una tradición del religioso; afirma en sus *Commentarii ac Disputationes in 1<sup>am</sup>, 2<sup>ae</sup>*, 1599, que no ve diferencia en la tradición que de sí hace el religioso en los votos simples o en los solemnes:

«71. [...] Ego tamen non video quaenam alia traditio corporis fiat Deo per votum castitatis, nisi ea quae fit in voto simplici. Nam in voto solemnem eatenus corpus religiosi traditur Deo, quatenus per promissionem ad servandam continentiam ei mancipatur & obligatur, quae quidem obligatio, eo quod fiat Deo, ad virtutem religionis pertinet; & eodem modo est in voto simplici, siquidem utriusque voti essentia est sola promissio futuri alicuius operis, [72] neque quidquam aliud ad essentiam aut materiam voti pertinet, ut patet ex definitione quam omnes tradunt cum S. Thom. 2.2. q.88, art.1; ergo per votum castitatis solemnem non alio modo traditur homo Deo quam per votum simplex, si naturam ipsius voti spectemus, sublato eo quod voto solemnem iure humano annexum est»<sup>60</sup>.

Añade Gabriel Vázquez que otros autores ponen la solemnidad de los votos solemnes en la tradición que el religioso hace al superior de su instituto:

«73. Alii vero existimant in voto solemnem fieri traditionem peculiarem voventis non Deo, sed religioni & praeposito illius, quam quidem traditionem ego non infitior, eam tamen non pertinere ad naturam & essentiam voti, sed ei annexam esse ex iure positivo, seu voluntate legislatoris existimo»<sup>61</sup>.

Insiste poco después en esta interpretación, que él no acepta:

«80. Quod si praedicti Doctores per traditionem, quam dicunt esse voti solemnem, intelligant non traditionem quae fiat Deo, sed quae fiat praeposito religionis, quatenus ille, qui vovet in religione approbata, hoc ipso perpetuo manet peculiari ratione sub iurisdictione eius, [...] de ipsa solemnitate voti non recte philosophantur»<sup>62</sup>.

Y añade el argumento de que esa tradición del votante al superior existe también en los votos simples de la Compañía de Jesús:

<sup>59</sup> *Ibid.*, num. 101, pág. 210.

<sup>60</sup> GABRIEL VÁZQUEZ, *Commentariorum ac Disputationum in primam secundae Sancti Thomae*, tomus secundus. Quaestio XCVI, art. IV, disp. 165, cap. 7, num. 71, 2<sup>a</sup> ed. Compluti 1614, pág. 201.

<sup>61</sup> *Ibid.*, num. 73, pág. 201.

<sup>62</sup> *Ibid.*, num. 80ss, pág. 203s.

«80 [...] Praeterea cum per vota simplicia emissa post biennium in nostra societate fiat traditio voventis in iurisdictionem praepositi, ut definitur in extravagante illa, *Ascendente Domino*, num. 29, ante medium illius his verbis, *quippe qui per ea ipsa* (scilicet vota simplicia) *se societati dedicant, atque actu tradunt, etc.* [...] Sequitur traditionem huiusmodi non esse ipsam voti solemnitate[m], sed quid commune voto simplici et solemnibus»<sup>63</sup>.

Admite, sin embargo, que hay diferencia entre la tradición que comportan los votos simples de la Compañía de Jesús y la que implican los votos solemnes:

«81 [...] Fateor sane non eodem modo fieri traditionem in nostris votis simplicibus et in solemnibus, ut in hoc capite & seq. ostendam, quamvis ea, quae fit in simplicibus sufficiat ad statum vere & proprie religiosum, & hac ratione posse discrimen assignari, ut defendatur traditionem, quae fit in voto solemnibus, esse ipsam solemnitate[m]; nihilominus ob rationem superius factam adhuc existimo traditionem in iurisdictionem praelati, si, ut dixi, in facto esse consideratur, esse effectum voti solemnibus, non autem solemnitate[m] ipsam.

Quod si traditio consideretur quasi in fieri, atque accipiatur pro actu illo ex quo ortum habet vinculum hominis religioni traditi omni ex parte perpetuo, dici potest formaliter ad ipsam voti solemnitate[m] pertinere, atque de hac traditione explicari possunt multi ex antiquis Doctoribus, qui docuerunt votum solemnibus a simplici distingui per traditionem quam secum affert»<sup>64</sup>.

Tampoco puede consistir la solemnidad de los votos en la inhabilidad para contraer un matrimonio, ya que también comportan esa inhabilidad los votos simples que se hacen en la Compañía de Jesús.

«Alii vero solemnitate[m] voti in eo constituunt ut votum reddat religiosum inhabilem ad rerum dominia, ad matrimonia. [...]

82. Ex quo etiam fit ut hae inhabilitates annecti possint votis simplicibus. Nam & coadiutores spirituales formati in nostra societate inhabiles sunt ad rerum dominia, eorum tamen vota simplicia sunt, & reliqui, qui post biennium vota emisserunt post extravagantem Gregorii XIII inhabiles sunt ad matrimonia, & simul ad dominia inhabiles reddi potuerunt, etiamsi eorum vota simplicia sint»<sup>65</sup>.

No le convence una sutil distinción que hacen esos autores:

«Quod enim aliqui dicunt hanc inhabilitatem annexam esse non votis simplicibus, sed statui, contra vero, ipsis votis solemnibus annexam esse & non statui, vix explicari potest; siquidem in utrobique inhabilitas est

<sup>63</sup> *Ibid.*, num. 80, pág. 203.

<sup>64</sup> *Ibid.*, num. 80, pág. 203s.

<sup>65</sup> *Ibid.*, num. 81s, pág. 204.

personae a iure proveniens, ut probatum est, votum autem sive solemne sive simplex est conditio, quam ius ipsum subesse voluit, ut inhabiles redderentur voventes»<sup>66</sup>.

Gabriel Vázquez explica la solemnidad de los votos por asimilación a la solemnidad de los contratos; pero una solemnidad no externa, sino basada en ciertas condiciones del mismo contrato:

«83. Restat igitur ut de solemnitate voti eodem modo philosophemur, quo de solemnitate contractus cuiuscumque aut testamenti; id quod vox ipsa indicare videtur. [...] ita etiam votum dici debet solemne, quod sub certa regula approbata iuxta ritum & caeremonias in eadem regula contentas publice nuncupatur cum traditione perpetua ex utraque parte, hoc est voventis et acceptantis. Dicitur autem a Bonifac. VIII in capite, *quod votum*, & a Gregorio XIII in praedicta extravagante, *Ascendente Domino*, n. 29, ante medium, solemnitas voti sola constitutione ecclesiastica inventa in voto solemni religionis, quia religiosae regulae approbatio, & forma cum traditionis perpetuitate ex utraque parte sub qua vota emitti debent, iure solo ecclesiastico constant»<sup>67</sup>.

Pero contra esta explicación se podría alegar la naturaleza de los votos simples en la Compañía de Jesús:

«84. At obiiciat quis in hunc modum: vota, quae in nostra societate Scholastici & coadiutores emittunt post biennium probationis & coadiutores post longiora experimenta, non sunt solemnitas, & tamen illa publice nuncupantur sub certa forma in regula approbata; ergo non recte definita est a nobis votorum solemnitas».

A esta dificultad responde Gabriel Vázquez que en esos votos simples falta la perpetuidad de su obligación por parte del instituto religioso:

«84 [...] Respondeo haec nostra vota non esse solemnitas non defectu solius externae formae in regula praefinitae, neque ex eo quod non fiant publice, sed quia non emittuntur neque admittuntur ea intentione ut sint ex parte voventis et acceptantis perpetua. Idque confirmatur ex illa extravagante, *Ascendente Domino*, n. 10, ante medium, ubi de coadiutoribus temporalibus dicitur eos admitti in gradum coadiutorum formatorum per tria vota publica, non tamen solemnitas; quare vero ea non sint solemnitas, licet sint publica, ostendit Pontifex his verbis: *Sed tum ex constitutionum praescripto, tum ex voventis & admittentis intentione simplicia*»<sup>68</sup>.

Afirma Gabriel Vázquez que consta claramente en las constituciones de la Compañía de Jesús esa especial naturaleza de los votos simples que se

<sup>66</sup> *Ibid.*, num. 82, pág. 204.

<sup>67</sup> *Ibid.*, num. 83, pág. 204.

<sup>68</sup> *Ibid.*, num. 84, pág. 205.

emiten en ella, y la intención de quienes hacen esos votos y de la Compañía que los recibe:

«84. [...] Atque hoc est quod dicitur in 5 p. nostrarum constitutionum, c. 4, in declaratione, litera A, nempe vota facta a coadiutoribus formatis non esse solemnia, sed simplicia, licet multi adsint quando emittuntur, subiungitur vero ratio hoc modo: *Quando quidem intentio emittentis & admittentis iuxta traditam a Sede Apostolica facultatem haec est, ut ea neque emittantur neque admittantur ut solemnia*. Hoc est, sint solum perpetua ex parte voventis, non autem ex parte societatis admittentis; cumque perpetuitas ex utraque parte requisita sit ad solemnitatem, ex hoc fit ut vota illa non sint solemnia sed simplicia; nam si essent ex utraque parte eodem modo perpetua, ut diximus, essent sane solemnia»<sup>69</sup>.

Y con esa condición se admiten también los votos de los escolares y coadjutores al fin del bienio de noviciado:

«{84} nunc autem ita emittuntur vota ab scholasticis & coadiutoribus nostris; ut sub conditione quadam in nostris constitutionibus expressa, quae initio ingressus omnibus manifestatur, emittantur, ideoque solemnia non sunt; nempe quia ex parte ipsorum voventium ita emittuntur ut ipsi ex parte sua perpetuo traditi & obligati maneant sub iurisdictione praepositi & ipso vinculo voti intra genus voti, at vero ex parte ipsius societatis admittentis vota non maneant perpetuo obligati, sed quamdiu eos in societate generalis praepositus retinendos iudicaverit, ut expresse dicitur in ea extravagante n. 9, desumptum autem fuit ex nostris constitutionibus p. 5, c. 4, in declaratione littera B & litera D, & hac ratione dicitur in praedicta extravagante vota coadiutorum esse simplicia & non solemnia ex intentione admittentis & emittentis, quia nimirum sub praedicta conditione emittuntur & admittuntur»<sup>70</sup>.

En pocas palabras Gabriel Vázquez resume las condiciones que exige la solemnidad de un voto, recalcando la perpetuidad de los votos solemnes aun en el caso de que el religioso sea expulsado del instituto religioso:

«87. Ut autem votum sit solemne, prout a iure hucusque vocatum est, debet non solum publice emitti coram testibus & et sub certa forma praescripta in ipsa regula approbata, verum etiam esse perpetuum tum ex parte voventis, quam ex parte admittentis, ita ut si quando contingat aliquem expelli e religione propter crimina ipsius, maneat nihilominus in

---

<sup>69</sup> *Ibid.*

<sup>70</sup> *Ibid.*

ipsa religione potestas iurisdictionis, ut eum iterum ad se revocet, & ille etiam dimissus votis, quae in religione emisit, adstrictus perseveret»<sup>71</sup>.

Por tanto, los votos que no tengan esas características no son solemnes, sino simples. Por eso, porque cesan con la dimisión del religioso, no son solemnes los votos que emiten los escolares y coadjutores en la Compañía de Jesús:

«99. ideo enim vota, quae a nostris emittuntur post biennium non sunt solemnna, non quia non emittantur sub certa regula & caeremonia approbata, sed quia non emittuntur neque admittuntur ea intentione, quam diximus, ut c. praec. explicuimus ex bulla Gre. XIII.»<sup>72</sup>.

Gabriel Vázquez, al contrario que Gregorio de Valencia, sostiene que la razón de la inhabilidad para contraer un matrimonio posterior que comporta el voto solemne no es la tradición que hace de sí el religioso a su instituto:

«73. Alii vero existimant in voto solemnni fieri traditionem peculiarem voventis non Deo, sed religioni & praeposito illius, quam quidem traditionem ego non infitior, eam tamen non pertinere ad naturam & esentiam voti, sed ei annexam esse ex iure positivo, seu voluntate legislatoris existimo. [...] verum hanc traditionem, semoto quocumque alio effecto proveniente ex iure positivo, non sufficere ut religiosus inhabilis ad futurum matrimonium, neque ita pugnare cum traditione quae in eo fit, ut eam impediatur et dirimat, facile monstrare possumus».

Lo prueba con varios argumentos; el segundo lo toma de la bula *Ascendente Domino*:

«74. Deinde, quia in nostra societate ante editam extravagantem Gregorii XIII, quae incipit: *Ascendente Domino*, qui tria vota simplicia post biennium emittebant, erant vere & proprie religiosi traditi in iurisdictionem praepositi, & tamen eorum matrimonia postea inita firma & valida manebant, ita ut traditio facta per tria illa vota dissolveretur, & qui erat vere religiosus, deinceps fieret per matrimonium vere saecularis; in ea vero extravagante iure ipso Ecclesiae praedicti religiosi ad matrimonium inhabiles effecti sunt»<sup>73</sup>.

Que los votos solemnes dirimen el matrimonio rato no consumado es para Gabriel Vázquez una costumbre razonable introducida en la Iglesia;

<sup>71</sup> GABRIEL VÁZQUEZ, *Commentariorum ac Disputationum in primam secundae Sancti Thomae*, tomus secundus. Quaestio XCVI, art. IV, disp. 165, cap. 8, num. 87, 2ª ed. Compluti 1614, pág. 206.

<sup>72</sup> *Ibid.*, num. 99, pág. 209.

<sup>73</sup> GABRIEL VÁZQUEZ, *Commentariorum ac Disputationum in primam secundae Sancti Thomae*, tomus secundus. Quaestio XCVI, art. IV, disp. 165, cap. 7, num. 73s, Compluti 1611, pág. 201s.

siguiendo el parecer de otros teólogos explica así la razonabilidad de esa costumbre de la Iglesia:

«109. Deinde hanc sententiam praedicti Theologi confirmant, quia ratio ob quam haec consuetudo dirimendi matrimonium ratum non consummatum per vota Religionis in Ecclesia Dei est introducta ea est, quia status Religiosus est status perfectionis, & ideo propter illum relinqui potest status matrimonii, qui minus perfectus est, quando sine iniuria coniugis fieri potest; dixi, quando sine iniuria coniugis fieri potest, nempe in matrimonio rato, quia post consummationem non dirimitur matrimonium, eo quod id esset cum iniuria coniugis cum quo consummatum est, & facta est iam una caro illius & alterius, ut suo loco fusius dicemus»<sup>74</sup>.

En cambio, no disuelven los votos simples de la Compañía de Jesús los matrimonios ratos no consumados; y es claro que, si no los pueden disolver esos votos simples, que poseen tan especiales características, menos lo podrán otros votos simples que no las tienen.

«[109] Mea tamen sententia & antiquorum patrum nostrae societatis est per tria illa vota simplicia non dirimi matrimonium ratum non consummatum, etiamsi sint vota coadiutorum formatorum, quae non statim post biennium, sed post longiore & plura experimenta emittuntur, ut supra vidimus»<sup>75</sup>.

Lo prueba con el siguiente silogismo:

«110. Ratio vero huius nostrae sententiae est, quia votum & status Religionis uno ex duobus modis dirimit matrimonium ratum; nempe, aut omnino ex Ecclesiae statuto, aut ex Christi consilio in evangelio tradito; neutro autem modo dicere possumus matrimonium dirimi per vota simplicia in nostra societate emissa; ergo nullo modo dicendum est per talia vota dirimi posse»<sup>76</sup>.

Prueba la mayor del silogismo, es decir, que solamente las dos razones que él indica pueden explicar que unos votos puedan disolver el matrimonio rato no consumado, ya que no lo explica otra tercera posible razón:

«Porro autem uno ex illis modis tantum dirimi matrimonium ratum non consummatum ex eo constat, quia si qua alia ratione dirimeretur, esset propter traditionem, quae fit per vota, eo quod una traditio, videlicet per vota, cum alia, nempe cum traditione matrimonii, stare non potest; haec autem ratio nullius momenti est; iam enim ostendimus, supra c. 7, has duas traditiones secum minime pugnare & manere posse traditionem quae fit in

---

<sup>74</sup> GABRIEL VÁZQUEZ, *Commentariorum ac Disputationum in primam secundae Sancti Thomae*, tomus secundus. Quaestio XCVI, art. IV, disp. 165, cap. 10, num.109, Compluti 1611, pág. 212s.

<sup>75</sup> *Ibid.*, num 109, pág. 213.

<sup>76</sup> *Ibid.*, num 110, pág. 213.

matrimonio, quoad attinet ad vinculum, cum traditione quae fit in Religione etiam per solemnem professionem; restat igitur ut uno ex illis duobus modis tantum dirimatur matrimonium per vota emissa in Religione»<sup>77</sup>.

Prueba la menor del silogismo, es decir, que en los votos simples no se dan ninguna de las dos razones por las que unos votos pueden dirimir el matrimonio rato no consumado:

«Nullo autem ex illis dirimi posse per vota nostra simplicia sic ostendo. Aut vota emissa in Religione dirimit matrimonii vinculum solum ex statuto Ecclesiae, & hac ratione vota nostra simplicia dirimere non possunt, quia numquam reperitur in iure hoc privilegium concessum fuisse votis simplicibus, & ubicumque hoc privilegium invenitur expressum, solum conceditur votis solemnibus, ut in c, *verum*, & in c, *ex parte*, 2, de conversione coniugatorum, & in Conc. Trid. Sess. 24, can. 6. Aut vota emissa in Religione dirimunt matrimonium ratum, non consummatum ex Consilio & autoritate Christi, & hoc pacto sequitur etiam non dirimi per vota simplicia. Nam, quamvis Christus Consilium hoc in universum tribuisset hominibus, ut relinquerent uxores propter statum perfectionis, tamen Ecclesia potuit hoc modificari & intelligere non de quovis statu perfectionis, sed de statu perfectionis in religiosa congregatione approbata, ita, ut quamvis aliquando licuisset relinquere uxorem propter vitam solitariam extra congregationem, antequam hoc Consilium domini esset explicatum, iam non liceat, postquam Ecclesia iustis de causis coarctavit privilegium hoc ad statum congregationis Religiosae; alioquin liceret etiam nunc ante matrimonium consummatum secedere in eremum & relinquere uxorem sine consensu illius, quod nemo dicet; cum igitur Ecclesia hactenus solum declaraverit & concesserit hoc privilegium voto solemnem, nemo audeat deinceps voto simplici, etiam in religiosa congregatione emisso, illud tribuere»<sup>78</sup>.

Aduce, como argumento “ab absurdo”, las consecuencias de atribuir a los votos simples de la Compañía de Jesús la facultad de disolver el matrimonio rato anterior; ya habían tratado este argumento Enríquez y Gregorio de Valencia, con diferente criterio. Gabriel Vázquez piensa así:

«Atque ex opposita sane sententia sequeretur posse ita dirimi matrimonium ratum per nostra vota simplicia, ut eo dissoluto mulier relicta alteri nuberet, & deinde ille, qui in nostra societate vota simplicia emisisset aliqua iusta de causa dimitteretur, & dimissus alteram uxorem sine peccato duceret, quod plane est absurdum»<sup>79</sup>.

---

<sup>77</sup> *Ibid.*

<sup>78</sup> *Ibid.*, num. 111.

<sup>79</sup> *Ibid.*, num. 112.

Ya antes Enrique Enríquez había señalado ese grave inconveniente; más adelante veremos que Basilio Ponce no encuentra absurda esta posible consecuencia.

Es notable que **Juan Azor S. I.**, en sus *Institutiones morales*, aprobadas en 1600, al tratar de los votos solemnes y simples en los capítulos 4º a 6º del libro 12 no alude a los votos que se emiten en la Compañía de Jesús; solamente en el libro 13, en el capítulo 7º titulado *Nonnulla de Societate Iesu auctoritate Pontificia confirmata ponuntur*, transcribe documentos pontificios, y entre ellos la bula de Gregorio XIII, *Ascendente Domino*, a la que antepone el párrafo siguiente:

«Eos, qui exacto probationis biennio tria substantialia Religionis vota, quamvis simplicia, in Societate emittunt, iuxta ipsius Societatis constitutiones, esse vere & proprie Religiosos declaravit Gregorius XIII in constitutione Pontificia, quae sic se habet»<sup>80</sup>.

Y copia la bula *Ascendente Domino* en su integridad, sin más comentarios. Solamente, pues, indica la influencia de esos votos simples de la Compañía de Jesús en la exigencia de determinados votos en el estado religioso.

En 1601 encontramos ya en un autor no perteneciente a la Compañía de Jesús una referencia a los votos simples que se emiten en ella después del noviciado. Escribe **Pedro de Ledesma, O. P.**, en sus *Addiciones a la primera parte de la Summa*:

«En algún caso particular por derecho positivo, el voto simple de castidad dirime el matrimonio. El caso es en la Compañía, en la qual el voto simple de castidad, junto con los otros dos votos simples de pobreza y obediencia, después de dos años de probación cumplidos, dirime el matrimonio, y haze inhabiles las personas para casarse. Esto se prueba porque así lo determinó Gregorio XIII en una constitución que hizo el año de mil y quinientos y ochenta y quatro»<sup>81</sup>.

**Leonardo Lessio, S. I.**, en 1605, en el segundo de sus cuatro libros *De iustitia et iure*, capítulo 41, propugna que los votos solemnes no son esenciales para el estado religioso, y aduce el caso de los votos simples de la Compañía de Jesús:

<sup>80</sup> IOANNIS AZOR, *Institutionum moralium ... tomus primus*. Lugduni 1625, col. 1304.

<sup>81</sup> PEDRO DE LEDESMA O. P., *Addiciones a la primera parte de la Summa, Tratado del Sacramento del Matrimonio*, Salamanca 1601, pág. 144.

«Tertio. Quia per vota simplicia in Societate Iesu post probationem emissa, efficiuntur veri Religiosi, ut motu proprio et ex certa scientia declaravit et definivit Gregorius XIII in sua Constitutione, quae incipit, Ascendente Domino, anno 1584 edita. [...] Idem colligitur ex Concil. Tridentino sess. 25, cap. 16, de Regularibus, ubi agens de professione Novitiorum, quomodo in aliis Religionibus fieri debeat, approbat peculiarem modum Societatis (qua, & Religionem Clericorum vocat) quo, peracto biennio probationis, emittunt vota simplicia, & desinunt esse novitii, habenturque Religiosi: ergo tacite insinuat illos fieri vere Religiosos»<sup>82</sup>.

Tratando de los efectos del voto de pobreza afirma que incluye inhabilidad para tener dominio de cosas temporales, y que su origen es, además de su *treditio* del profeso a la Orden, *Decretum Ecclesiae professioni annexum*. Y añade que:

«Similis inhabilitas annecti potest voto simplici, & re ipsa annexa est votis Coadiutorum formatorum in nostra Societate»<sup>83</sup>.

Alude también a los votos simples que se emiten en la Compañía de Jesús, al probar que la eficacia dirimente del matrimonio rato no consumado que tiene el voto solemne proviene del derecho eclesiástico. Así expone una tercera sentencia sobre este tema:

«Tertia sententia est, id provenire ex Iure ecclesiastico iam inde a temporibus Apostolorum instituto: quae sententia videtur verior. [...] Probatur [...] Secundo, idem facerent vota simplicia in Societate, & vota Coadiutorum formatorum, praecisa omni nova ordinatione Ecclesiae, quia per haec efficitur quis verus Religiosus Religionis approbatae, ut supra dubit. I, ostensum est: atqui id verum non est; etsi haec vota ex ordinatione Ecclesiae dirimant matrimonium contrahendum illis superveniens, non tamen dirimunt iam antea contractum; ergo, &c»<sup>84</sup>.

No se detiene, pues, en mostrar las diferencias entre los votos religiosos, solemnes o simples, ni en el efecto dirimente de un subsiguiente matrimonio que tienen los votos simples emitidos en la Compañía de Jesús; no estaba exponiendo un tratado sobre la vida religiosa.

**Tomás Sánchez, S. I.** († 1610) sí trata ampliamente los cuatro temas de este estudio. En el segundo tomo de su *Operis moralis in praecepta Decalogi* se pregunta si es esencial en el estado religioso que sean solemnes los votos que en ella se hayan emitido; apoya su sentencia la bula *Ascendente Domino*.

<sup>82</sup> LEONARDUS LESSIUS, *De iustitia et iure ceterisque virtutibus cardinalibus*, Lib. II, Cap. XLI, *De statu religioso*, dub. I. Lugduni, Larjot, 1622, pág. 576.

<sup>83</sup> *Ibid.*, num. 71, pág. 599.

<sup>84</sup> *Ibid.*, pág. 597.

«22. Sed specialis difficultas est, an vota solemnia sint de status religiosi essentia? Quidam enim id affirmari videntur»<sup>85</sup>.

Expone y refuta los argumentos de los autores que sostienen esa sentencia, y concluye:

«25. Caeterum dicendum est non esse de status religiosi essentia vota solemnia, sed sat esse ad eum vere & proprie constituendum, vota simplicia. Hoc ita iam constat ut nullatenus dubitare liceat. Nam Greg. XIII in sua extravag. *Ascendente*, definivit autoritate Apostolica & motu proprio religiosos Societatis IESV solis simplicibus biennii votis ligatos, esse vere & proprie religiosos & non aliter quam professos eiusdem Societatis vel aliarum religionum. [...] Et ratio est aperta, quia causa & origo cur solemniter professi sunt in vero & proprio religioso statu est voluntas & constitutio Ecclesiae, per quam solam ea solemnitas inventa est (ut satis n. 6 probavimus), & ad quam solam spectat instituere & erigere religiones eisque vivendi formam praescribere (ut n. 15 probavimus). Ergo non ita desideratur solemnitas voti ad statum religiosum vere & proprie constituendum, quin possit Ecclesia sua constitutione veram aliquam religionem cum solis votis simplicibus approbare»<sup>86</sup>.

Lo mismo había propugnado en su tratado *De sacrosancto matrimonii sacramento*, 1605, contra los que sostenían que los religiosos de la Compañía de Jesús, que habían emitido los votos simples después del bienio de noviciado no eran auténticos religiosos; responde Tomás Sánchez:

«15. Quod si ex hac sententia inferat quispiam non esse veros religiosos, qui in Societate Iesu vota simplicia post novitiatus biennium emisere. Quod olim sensit Navar.c.non dicatis, n. 15, 12, q.1. Et videntur sentire Doctores asserentes vota sollempnia esse de religionis essentia [...] Et probatur, quia in iis votis non est traditio perfectissima, privans dominio sic voventes, ac illud in Deum transferens, ut dixi num. 11, sed solo Ecclesiae statuto reddunt inhabiles ad matrimonium. Sed Doctores huius sententiae defendunt eos vere, proprie et simpliciter esse religiosos. Quod definivit Gregor. XIII. in bulla incipienti, *Ascendente Domino*»<sup>87</sup>.

Acerca de la razón en la que funda la solemnidad de los votos son tres las sentencias que Tomás Sánchez examina. La primera es:

---

<sup>85</sup> TOMÁS SÁNCHEZ, *Operis moralis in praecepta decalogi... Tomus secundus*, Lib. 5, cap. 1, num. 22, Lugduni 1621, pág. 7.

<sup>86</sup> *Ibid.*, num. 25, pág. 7.

<sup>87</sup> TOMÁS SÁNCHEZ, *Disputationum de sancto Matrimonii Sacramento*, tomus secundus. Disputatio vigesimaquinta, num. 15. Ludovicus Sánchez. Madriti. 1605. pág. 174.

«1. [...] Prima sententia ait essentiam voti sollemnis consistere in benedictione spirituali, seu consecratione, per quam professus redditur inhabilis ad opera carnis & saeculi, atque adeo ad matrimonium contrahendum»<sup>88</sup>.

Añade que comúnmente se rechaza tal sentencia, ya que en algunos institutos no se da bendición alguna al profeso de votos solemnes, y porque puede existir también una profesión solemne tácita.

Otra sentencia sostiene que la solemnidad proviene al voto solemne de castidad por la inhabilidad que por derecho eclesiástico comporta para contraer un matrimonio subsiguiente:

«2. Secunda sententia ait votum solemne & simplex eiusdem materiae minime differre per se & essentialiter ex ipsius voti natura & ratione, nec iure divino, sed solum accidentaliter & extrinsece ex sola Ecclesiae constitutione decernentis per votum solemne dirimi matrimonium subsequens, non vero per votum simplex»<sup>89</sup>.

Aduce doce argumentos a favor de esta segunda sentencia, que niega provenga la solemnidad del voto por su propia naturaleza o por derecho divino, sino que proviene de una concesión de la autoridad de la Iglesia. El noveno argumento, tomado de la característica de los votos simples de la Compañía de Jesús, que también dirimen el matrimonio subsiguiente por una razón extrínseca, por concesión de Gregorio XIII, lo expone así:

«Nono, quia Greg. XIII in bulla concessa Societati Iesu anno 1584 incipienti: Ascendente Domino, decidit vota, quae post biennium emittuntur a religiosis Societatis Iesu, esse simplicia, et tamen in eis esse veram traditionem et acceptationem Ecclesiae, ibi: *Statuimus atque decernimus tria vota huiusmodi, etsi simplicia ex huius sedis institutione ac nostra etiam declaratione et confirmatione, esse vere substantialia religionis vota, ac in dicta Societate, tamquam in religione approbata per sedem eandem admissa fuisse et esse, ac per nos admitti*». Ac proinde ibidem decernit discedentem post ea vota subdi poenis apostasiae et excommunicationis»<sup>90</sup>.

Que, sin embargo, esos votos que se emiten en la Compañía de Jesús no sean solemnes, a pesar de que diriman el matrimonio subsiguiente, lo explicará más tarde.

Expone luego una tercera sentencia que atribuye la solemnidad del voto a la tradición del votante en manos de Dios y del superior que recibe el voto solemne:

<sup>88</sup> TOMÁS SÁNCHEZ, *Disputationum de sancto Matrimonii Sacramento*, tomus secundus. Disputatio vigesimaquinta, num. 2. Ludovicus Sánchez. Madriti. 1605. Pág. 167.

<sup>89</sup> *Ibid.*

<sup>90</sup> *Ibid.*, pág. 169.

«7. Tertia sententia ait votum solemne religionis consistere essentialiter in traditione actuali dominii sui ipsius in manus Dei et in manus eorum, qui vicem Dei tenent; ac in hoc distare a voto simplici»<sup>91</sup>.

Transcribe luego un amplia lista de autores que propugnan esta sentencia, pero añade que prefiere la segunda sentencia, que antes expuso:

«Quamvis autem haec sententia multis Authorum testimoniis corroborata sit, adeo tamen urgent et Autoritas Pontificum et rationes pro secunda sententia allatae, ut ab ea minime recedendum putem, sed ea omnino tenenda est tamquam probabilior, et decretis Pontificum congruentior»<sup>92</sup>.

Con toda sinceridad propone las explicaciones que de la sentencia tercera hacen sus defensores; y una de ellas es la diferencia que proponen entre la tradición de sí mismo que hace el religioso en los votos solemnes y la que hace en los votos simples, emitidos en la Compañía de Jesús:

«11. Quarto praemittunt defensores aliqui huius tertiae sententiae duplicem esse traditionem: quamdam perfectissimam et solemne, quae tradentem semetipsum privat totali corporis dominio, et ex consequenti per se et ex ipsa rei natura inhabilem reddit ad tradendum dominium sui in alium. Alteram autem esse non perfectissimam neque solemnem, quae nimirum reddit personam subiectam ac mancipatam illi, cui traditur, at non privat omnino dominio nec incapacem efficit ex vi illius traditionis, quin valide, peccando tamen, transmittat dominium sui in alium. Et huiusmodi (inquiunt) est traditio, qua religiosi Societatis Iesu, finito probationis biennio, tradunt se Societati per tria vota simplicia. Sunt enim capaces dominii acquirendi, ac per se et ex natura rei contrahendi valide matrimonium, nisi obstaret nova Gregorii XIII constitutio, quae illud irritavit. Iuxta hanc tertiam sententiam votum simplex et solemne solum differunt secundum diversitatem traditionum supra explicatam»<sup>93</sup>.

Al concluir esta disertación insiste Tomás Sánchez en su preferencia por la segunda sentencia y en el rechazo de esta tercera sentencia,

«24. Sed ut dixi nu. 7 in fine nullatenus haec sententia placet, quia minus bene constat cum testimoniis Pontificum et minus bene defendit constitutionem Gregorii XIII, n. 2, allegatam»<sup>94</sup>.

Añade otros aspectos de esta tercera sentencia que se oponen a otras tantas afirmaciones de la bula de Gregorio XIII.

Respecto a la diferencia entre el voto solemne y el simple, en su tratado *De sacrosancto matrimonii sacramento* Tomás Sánchez muestra su preferencia

<sup>91</sup> *Ibid.*, num. 7, pág. 170.

<sup>92</sup> *Ibid.*

<sup>93</sup> *Ibid.*, num. 11, pág. 171.

<sup>94</sup> *Ibid.*, pág. 177.

por la sentencia que afirma que un voto simple y un voto solemne difieren en lo accidental y extrínseco por constitución de la Iglesia:

«2. Secunda sententia ait votum solemne et simplex eiusdem materiae minime differre per se & essentialiter ex ipisius voti natura & ratione, nec iure divino, sed solum accidentaliter et extrinsece, ex sola Ecclesiae constitutione decernentis per votum solemne dirimi matrimonium subsequens, non autem per votum simplex»<sup>95</sup>.

Niega que la solemnidad provenga de la tradición que de sí hace el religioso en el voto solemne, puesto que ésta se da también en los votos simples de la Compañía de Jesús:

«Nono, quia Greg. XIII in bulla concessa Societati Iesu anno 1584 incipienti: Ascendente Domino, decidit vota, quae post biennium emittuntur a religiosis Societatis Iesu, esse simplicia, & tamen in eis esse veram traditionem & acceptationem Ecclesiae»<sup>96</sup>.

En su tratado póstumo *Operis moralis in praecepta decalogi* expone Tomás Sánchez mejor su parecer sobre la distinción entre el voto solemne y el voto simple. Indica en primer lugar que la distinción entre voto simple y voto solemne se halla por primera vez en la decretal de Celestino III, c. rursus, qui clerici vel voventes.

«6. At sententia (quam verissima puto) ait solemne professionis votum & simplex non differre per se & essentialiter ex utriusque natura, sed solum accidentaliter & extrinsece, ex sola Ecclesiae constitutione; ac proinde totam voti solemnitatem esse solius iuris ecclesiastici, quamvis ipsa obligatio erga Deum sit iuris divini naturalis, cuius est etiam obligatio voti simplicis»<sup>97</sup>.

Se pregunta luego en qué consiste la solemnidad que por derecho eclesiástico compete al voto solemne. Expone diversas sentencias, la primera indica que es su carácter de impedimento dirimente de un posterior matrimonio:

«10. QUAESTIO secunda. Dato solemnitatem voti esse ex solo iure ecclesiastico, in quonam solemnitas haec voti consistat, quae a simplici differt? Doctores nobiscum tradentes votum solemne & simplex solo iure ecclesiastico differre & solemnitatem voti esse ex sola Ecclesiae constitutione, dicunt communiter hanc solemnitatem in eo consistere in eoque votum solemne a simplici distare, quod per illud iure ecclesiastico

<sup>95</sup> TOMÁS SÁNCHEZ, *Disputationum de sancto matrimonii sacramento*, Tomus secundus, Liber VII, *De impedimentis*, Disp. 25, num. 2, pág. 167.

<sup>96</sup> *Ibid.*, pág. 169.

<sup>97</sup> TOMÁS SÁNCHEZ, *Operis moralis in praecepta decalogi*, Tomus secundus, Lib. 5, cap. 1, num. 6, Lugduni 1621, pág. 2.

matrimonium subsequens dirimatur, non autem per hoc, *c. unico, de voto, in 6*».

Pero esta no es la razón de la solemnidad, porque además de que el carácter de impedimento se atribuye al voto que ya es solemne por otra razón, el carácter de impedimento dirimente lo tienen también los votos simples que se emiten en la Compañía de Jesús; además esta razón se aplicaría solamente al voto de castidad:

«At in hoc non consistere colligitur clare ex eo textu, ubi tamquam effectus voti solemnitis assignatur per illud dirimi subsequens matrimonium, ac proinde supponit iam votum solemne constitutum. Praeterea, quia votum castitatis emissum in Societate IESV post biennium novitatus est simplex, & tamen per illud iure {non} ecclesiastico dirimitur subsequens matrimonium, sicut utrumque constat ex extravag. *Ascendente* Gregorii XIII. Item votum paupertatis coadiutorum formatorum Societatis IESV est simplex, & tamen semper reddidit eos incapaces dominii acquirendi ac in alium transferendi, sicut utrumque constat ex eadem extravaganti et ex constitutionibus eiusdem Societatis a Sede Apostolica approbatis, *in 6 p, c.2, § 12 & c.4, examinis § 5*. Tandem quia id soli castitatis voto competit, cum tamen alia similiter solemnitas sint»<sup>98</sup>.

Otra sentencia sostiene que el voto es solemne, cuando lo acepta como tal la Iglesia, y cumple una serie de requisitos. Y porque no cumplen la primera de esas condiciones no son solemnes los votos simples de la Compañía de Jesús:

«11. Alii dicunt de solemnitate voti eodem modo philosophandum esse ac de aliis contractibus ac testamentis, quae in iure solemnitas dicuntur. Sicut enim caeteris contractibus ac testamentis accidentaliter est solemnitas & solo iure humano inventa, ita & in voto contingit, ut satis probavimus n. 6. Sicut ergo caeteri contractus solemniter dicuntur, quando solemniter iure petita habent, & ut tales in iure recipiuntur, atque tunc testamentum dicitur solemne, quando est cum tabellione & certo testium numero & aliis conditionibus iure requisitis confectum, & in eo solum solemnitas sita est, ita votum dicitur solemne, quod ut tale acceptatur ab Ecclesia, emittiturque cum caeremoniis & solemnitatibus ab ipsa praescriptis. Quare Greg. XIII in extravag. *Ascendente*, et constitutiones Societatis IESU, *in 5, p. c.4 in commento, littera A*, eam rationem reddunt, cur vota coadiutorum formatorum nostrae Societatis non sint solemnitas, eo quod ex Sedis Apostolicae praescripto et ex intentione emittentis & acceptantis nec emittuntur ut solemnitas, nec ut talia acceptantur»<sup>99</sup>.

<sup>98</sup> *Ibid.*, num. 10, pág. 3.

<sup>99</sup> *Ibid.*, num. 11, pág. 3s.

Expone luego las condiciones que exige la Iglesia para que un voto sea solemne, y entre ellas la condición de que sean perpetuos por parte del religioso que los emite y del instituto religioso que los recibe, y además, que sean indisolubles por vía ordinaria; no cumplen esos requisitos los votos simples en la Compañía de Jesús:

«Quod si iterum roges, quae sint eae caeremoniae ab Ecclesia petitae, in quibus ea voti solemnitas sita est & quibus a simplici differt, respondent iidem [...] eas esse ut vota emittantur sub certa regula a Sede Apostolica approbata, iuxta ritum substantialem in eadem regula praescriptam, cum traditione & acceptatione ex utraque parte perpetuis & et via ordinaria indissolubilis. Et ob hanc rationem dicunt vota biennii et coadiutorum formatorum emissa in Societate IESV esse simplicia, nec acceptari ut solemnia. Quia etsi emittantur sub regula per Sedem Apostolicam approbata & cum caeremoniis in ipsa praescriptis & sint ex parte voventis perpetua, non acceptantur ut perpetua ex parte Societatis. Quippe eius intentio est, iuxta constitutiones a Sede Apostolica approbatas, ut tamdiu maneant voventes ligati votis, quamdiu Generalis Praepositus eiusdem Societatis eos duxerit in illa retinendos. Quare, Generali eos expellente, liberi manent a votis, ut dicitur in illa extravag, *ascendente*, & in nostris constitutionibus. Atque [...] Generalis eos expellens non dicitur eorum vota relaxare aut in eis dispensare, sed tollit conditionem, qua sublata, vota extinguuntur, deficiente conditione. Quod adeo verum est, ut etsi Generalis expellens vellet eos manere votis ligatos, non posset id efficere, nam deficit conditio ut obligent, nempe, quamdiu in Societate eos retinuerit. El ideo omnes illi dum haec vovent addunt modum in nostris constitutionibus expressum: qui est (...) ut non sint perpetua ex parte admittentis, sed quamdiu Generalis eos non expulerit»<sup>100</sup>.

Indica luego algunas objeciones contra esta sentencia, aduciendo particularidades de los votos simples que se emiten en la Compañía de Jesús, incluso los votos simples que se hacen después de la profesión solemne:

«12. Sed hic dicendi modus videtur ex multis improbari. [...] Sexto, quia non minus omnino perpetuum votum absolutum simplexque castitatis. Et vota biennii & coadiutorum formatorum in Societate IESV emissa, forent ex se perpetua, nec desinunt esse talia eo quod simplicia sint, sed quia conditionem adiunctam habent, quae cessare potest. Et voto solemnii sub eadem conditione emisso deficiet quoque perpetuitas deficiente conditione. Tandem quia vota illa quae professi Societatis IESV post solemnem professionem emittunt, sunt simplicia [...]. At sunt perpetua,

<sup>100</sup> *Ibid.*, pág. 4.

cum nulla conditione afficiuntur, sed absolute emittuntur in religione approbata & iuxta eius ritum. Et confirmatur, quia votum solemne iure naturae habet perpetuo obligare; si ergo in hoc solemnitatis consistit, ea erit ex iure naturae»<sup>101</sup>.

No obstante mantiene su sentencia: los votos simples de la Compañía de Jesús, aunque no fueran condicionados por parte del instituto, serían más fácilmente dispensables que los solemnes. Escribe:

«13. Sed his non obstantibus, sustinenda est sententia n. 11. [...] Ad 6. fateor omnia vota simplicia absque conditione & temporis limitatione emissa esse perpetua quodammodo, nempe in quantum nequit vovens se ab eorum obligatione propria auctoritate eximere. At non habent rationem vinculi undequaque perpetui. Quippe ex eo quod simplicia sunt, est multo facilius eorum dispensatio, atque ex causis communibus passim conceditur. Atque ita iure optimo dici possunt via ordinaria solubilia. Quod enim saepe fit, dicitur modo ordinario posse fieri. Atque ideo vota biennii & coadiutorum formatorum, etsi modum liberationis quam n. 11 fine explicuimus habeant ratione conditionis adiunctae, at ex eo quod ut simplicia tantum admitterentur, quamvis absque ea conditione fierent, possent per ordinariam Pontificis dispensationem solvi, multo facilius quam si solemnia essent. Quod si votum solemne fieret cum eadem conditione repugnante omnimodae perpetuitati, non esset solemne, sed simplex, nisi Ecclesia, de cuius institutione est voti solemnitatis, aliam solemnitatis rationem institueret»<sup>102</sup>.

Por tanto, definitivamente para Tomás Sánchez la solemnidad de un voto exige que este sea absoluto tanto por parte de quien los emite como por parte del instituto religioso que los recibe.

Tomás Sánchez, en su tratado *De sancto matrimonii sacramento*, 1605, se pregunta también sobre el fundamento jurídico del impedimento dirimente del matrimonio que comporta la profesión religiosa.

«2. Difficultas autem non modica est, quo iure id matrimonium sit irritum? Quidam existimant solo iure Ecclesiastico id statutum esse»<sup>103</sup>.

El sexto argumento que aduce en favor de esta sentencia es:

«Sexto quia in votis simplicibus biennii Societatis Iesu est vera traditio et acceptatio, ut nuper definiuit Gregor. XIII in bulla, quae incipit Ascendente Domino, et tamen ea vota non irritant matrimonium subsequens iure

<sup>101</sup> *Ibid.*, num. 12, pág. 4.

<sup>102</sup> *Ibid.*, num. 13, pág. 5.

<sup>103</sup> TOMÁS SÁNCHEZ, *Disputationum de sancto Matrimonii Sacramento*, tomus secundus. Disputatio vigesimasexta, num. 2. Ludovicus Sánchez. Madriti. 1605. pág. 176.

naturae, sed virtute illius constitutionis Greg. XIII irritantis. Non igitur quod votum sollemne consistat in traditione arguit irritari per illud matrimonium»<sup>104</sup>.

Tras rechazar la sentencia que propugnaba que el voto solemne por derecho natural divino irritaba el matrimonio posterior, concluye:

«4. [...] Ex his sentiis prima omnino amplectenda est, dicendumque solo iure Ecclesiastico dirimi matrimonio. Ut supra disput. 25 iuxta decreta Pontificum tamquam firmiorem et probabiliorem sententiam defendimus»<sup>105</sup>.

y en su tratado *Opera moralia*, escribe:

«9. Ultimo deducitur contra corollarium contrariae sententiae n. 5 relatum, per solemne professionis votum non dirimi ex natura rei, sed solo iure ecclesiastico matrimonium sequens. Quod latissime probavimus huius sententiae authores referentes *lib. 7 de matrim. Disput. 26, n.2, & probant rationes adductae n. 6. [...] Atque idem prorsus dicendum est de solemni paupertatis voto: id enim solo iure ecclesiastico reddit professum inhabilem ad acquirendum dominium & ad illum in alium transferendum. Quia eadem rationes utrumque probant & docent late probantes Patres Ribadeneira & Vázquez ibidem, Azor, lib. 12, instit. moralium c.6.q.4»<sup>106</sup>.*

Tomás Sánchez, en su tratado de 1602 sobre el matrimonio, propugna que los votos solemnes disuelven el matrimonio rato no consumado por derecho divino positivo, no por la naturaleza de la profesión misma en cuanto que es una muerte espiritual, pues también causan una muerte espiritual los votos simples de la Compañía de Jesús, que no disuelven el matrimonio rato no consumado:

«3. Tertia sententia, quam probabiliorem reputo, licet duae praecedentes probabiles sint, asserit hoc competere professioni ex solo iure divino positivo, concedenti Christo hoc privilegium illi. [...].

4. quia neutra ratio primae sententiae probat ex natura rei dissolvere: non prima, quia religionis professio non est vera mors spiritualis, sed metaphorica; item alias dissolveret matrimonium consummatum. Item

<sup>104</sup> *Ibid.*, pág. 177.

<sup>105</sup> *Ibid.*, num. 4, pág. 181.

<sup>106</sup> TOMÁS SÁNCHEZ, *Operis moralis in praecepta decalogi*, Tomus secundus, Lib. 5, cap. 1, num. 9, Lugduni 1621, pág. 3.- No parece, pues, acertada la opinión de M. Rosset, *De sacramento matrimonii*, nº 1675, nota, que dice estar tergiversado el pensamiento de Sánchez, y juzga que éste propugna que es de derecho natural y divino la eficacia dirimente del matrimonio subsiguiente que tiene el voto solemne, y que son interpolaciones el párrafo final del nº 7 y el nº 24 de la disputa 25ª; sin embargo es extraño el hecho de que en esta disputa cuatro folios en esta primera edición han sido cortados; pudiera ser una corrección del mismo Tomás Sánchez.

vota simplicia in religione approbata, ut in societate Iesu, sunt mors spiritualis»<sup>107</sup>.

Lo afirma también en su obra póstuma, *Opera moralia in praecepta decalogi*:

«29 [...] an per simplicia biennii vota, aut coadiutorum formatorum, emissa in Societate IESV, dissolvatur matrimonium ratum praecedens?. Affirmant aliqui pauci Theologi [...]. Sed iure optimo contrarium probat [...]. Quod inde constat, quia haec matrimonii dissolutio per professionem sequentem, aut est ex Christi Domini nostri privilegio aut ex iure ecclesiastico (ut late probavimus *lib. 2 de matrimonio, tota disput 19*). At nullibi in iure invenitur hoc concessum, nisi soli professioni solemnem. De ea enim iura semper agunt, cum huius dissolutionis meminere»<sup>108</sup>.

**Francisco Suárez, S. I.**, † 1617, en su obra *De religione*, libro II, capítulo 14, propugna que bastan unos votos simples emitidos en un instituto religioso para constituir a quien los emite en el estado religioso. Presenta como «*vera sententia: religiosus status sine votis solemnibus, cum simplicibus, constitui potest*»<sup>109</sup>. Lo prueba aduciendo en general las bulas de Gregorio XIII en favor del instituto de la Compañía de Jesús:

«9. Quo argumento usus est Gregorius XIII, statim citandus, quando contra eos, qui falso existimabant religiosos Societatis, non emittentes vota solemnem, in vero religioso statu constituendos non fuisse, dixit: *Non considerantes voti solemnem sola constitutione Ecclesiae esse inventam*. Nam hinc tacite infert quod, sicut potuit Ecclesia approbare religionem cum votis solemnibus, ita etiam sine illis»<sup>110</sup>.

Más adelante afirma que no es necesaria para el estado religioso una aceptación absoluta del religioso por parte de la religión que lo recibe;

«24. *Ad religiosum statum non est necessaria absoluta receptio ex parte religionis.*- [...] Nihilominus tamen tam absolutam acceptionem non esse necessariam ad verum religiosum statum evidentius convincitur ex particulari instituto Societatis Iesu quoad religiosos qui nondum solemnem professionem emiserunt; illi enim ex parte sua perpetuo

<sup>107</sup> TOMÁS SÁNCHEZ, *Disputationum de sancto Matrimonii Sacramentp*, tomus primus. Disputatio decimanona, num. 3. Apud Iosephum Pavonem. Genuae 1602. pág. 292.

<sup>108</sup> TOMÁS SÁNCHEZ, *Operis moralis in praecepta decalogi*, Tomus secundus, Lib. 5, cap. 1, num. 29, Lugduni 1621, pág. 9.

<sup>109</sup> FRANCISCUS SUAREZ, *Opera omnia*, tomus 15, Parisiis, Vivès, 1859, lib. 2, cap.14, num. 4, pág. 182.

<sup>110</sup> *Ibid.*, num. 9, pág. 183.

obligantur, Societas vero illos admittit, retinet tamen potestatem illos liberos dimittendi ex iustis causis, iuxta suas constitutiones per Pontifices approbatas, [...] Et nihilominus Gregorius XIII declaravit eos qui dicto modo se tradunt Societati tria vota emittendo, esse vere ac proprie religiosos, ut mox videbimus; ergo illa conditio indissolubilis vinculi ex utraque parte non est de essentia veri ac proprii status religiosi»<sup>111</sup>.

Al final del capítulo, como segundo argumento en favor de su sentencia, que no exige para constituir en el estado religioso los efectos morales que comportan los votos solemnes, cita de nuevo a Gregorio XIII:

«28. *Secundum argumentum.*- [...] Gregorius autem XIII, in priori Bulla *Quanto fructosius*, declaravit votum simplex castitatis cum aliis factis in Societate, etiam sine ullo effectu, quem tunc non inducebat, *esse et fuisse sufficiens* ad verum et proprium religiosum statum constituendum. Et in altera Bulla, *Ascendente Domino*, idem confirmavit, et rationem sumit ex illo principio Bonifacii, quod solemnitas voti est de constitutione Ecclesiae, et ex eadem potestate ibi de novo illi voto hunc effectum tribuit, et nihilominus simplex remanere declaravit, quod iterum Gregor. XIV confirmavit»<sup>112</sup>.

La diferencia entre el voto solemne y el voto simple la estudia Francisco Suárez en su tratado *De religione*. Se hace esa pregunta, y responde:

«3. *In quo differat votum simplex a solemnibus.*- [...] votum solemne differre a simplici tanquam addens et includens aliquid quod votum simplex non includit»<sup>113</sup>.

No se trata de las solemnidades externas, de las que puede carecer un voto solemne; y, en cambio, puede un voto simple tener solemnidades externas accidentales:

«9. *Potest dari votum accidentalem tantum habens solemnitatem.*- [...] Et de facto votum castitatis Scholarium Societatis, cum eadem externa solemnitate factum, prius non irritabat subsequens matrimonium, et postea vim illam a Sede Apostolica accepit, quamvis illa etiam vis non fuerit sufficiens ut sit substantialiter solemne propter conditionem quam includit et intentionem sub qua fit, ut infra dicemus»<sup>114</sup>.

Aunque se requieran algunas condiciones extrínsecas para que el voto sea solemne, no constituyen la solemnidad del voto:

<sup>111</sup> *Ibid.*, num. 24, pág. 188.

<sup>112</sup> *Ibid.*, num. 28, pág. 190.

<sup>113</sup> FRANCISCUS SUAREZ, *Opera omnia*, tomos 15, Parisiis, Vivès, 1859, lib. 2, cap. 5, num. 3, pág. 133.

<sup>114</sup> *Ibid.*, num. 9, pág. 135.

«13. [...] Quod declaratur, quia huiusmodi condiciones non solum in votis substantialiter solemnibus, sed etiam in simplicibus possunt interdum esse necessariae ex Ecclesiae institutione. Potest enim Ecclesia huiusmodi condiciones interdum praescribere in votis simplicibus privatis, ut dixi in lib. 1 de Vot., c. 8. Ergo idem potest facere in votis simplicibus per se publicis, seu includentibus contractum aliquem, vel requirentibus acceptationem ex parte religionis alicuius, ut in aliquibus votis Societatis videre licet, et inferius latius explicabitur»<sup>115</sup>.

Más adelante, en el capítulo 11º, deduce Suárez el siguiente corolario:

«6. *Secundum corollarium: votum simplex et solemne non differunt specie.*- Secundo principaliter sequitur ex dictis votum simplex et solemne non differre specie, sed tantum in morali quadam proprietate, quae accidentaliter et extrinseca respectu voti existimari debet»<sup>116</sup>.

Francisco Suárez en ese mismo tratado *De religione* había expuesto antes en el mismo libro II, capítulos 6º a 9º, la razón por la que son solemnes los votos solemnes de castidad, pobreza y obediencia.

Afirma en primer lugar, en el capítulo 6º, que la consagración y bendición no constituyen la solemnidad del voto.

«3. *Vera sententia affirmat non fieri votum solemne ratione alicuius sacrae benedictionis vel consecrationis*»<sup>117</sup>.

Aduce numerosos autores que tampoco admiten esa sentencia, y confirma su parecer contrario aduciendo al voto simple de castidad que emiten en la Compañía de Jesús los coadjutores espirituales y temporales al término de su formación:

«6. *Confirmatur in voto castitatis, quod a principiis emittebant scholastici in Societate Jesu.*- Deinde probatur idem in voto religiosae castitatis, quia in Societate Jesu fiunt vota scholasticorum, et coadjutorum cum publica solemnitate satis sacra, scilicet, in manibus Praelati habentis in manibus sacram Eucharistiam, et nihilominus vota sunt simplicia, et in principio nullo modo reddebant personam inhabilem ad matrimonium. Idemque esse potuisset, etiamsi solemnis benedictio adiungeretur, si intentio et institutio eadem esset»<sup>118</sup>.

En relación con cada uno de los tres votos en el capítulo 7º trata del voto solemne de castidad; sostiene que la tradición que de sí hace el religioso no es la razón de la solemnidad del voto de castidad:

<sup>115</sup> *Ibid.*, num. 13, pág. 137.

<sup>116</sup> FRANCISCUS SUAREZ, *Opera omnia*, tomus 15, Parisiis, Vivès, 1859, lib. 2, cap.11, num. 6, pág. 165.

<sup>117</sup> *Ibid.*, cap. 6, num. 6, pág. 139.

<sup>118</sup> *Ibid.*, cap. 6, num. 6, pág. 140.

«14. *Traditio non est per se sufficiens ad faciendum solemne votum castitatis.*- Secundo ergo efficaciter probatur contra praedictam sententiam, quia potest dari votum castitatis coniunctum traditioni factae in obsequium Dei, et per hominem nomine Dei acceptae, et non esse solemne, sed manere simplex, vel quantum est ex natura rei, vel etiam de facto; ergo traditio non est per se sufficiens ad solemnizandum votum. [...].

Y prueba su sentencia aduciendo que la tradición del religioso al instituto en el que profesa también se halla en los votos simples que se emiten en la Compañía de Jesús:

«15. *Ostenditur in voto castitatis emisso post biennium in Societate Jesu.*- Probatur ergo aliter primum antecedens, quia in religione Societatis Jesu post biennium fit votum castitatis cum reliquis, simul cum traditione, qua vovens se tradit religioni per Ecclesiam approbatae, et acceptatur a superiore, in cuius manibus publice et cum sacris caeremoniis fit. Et nihilominus est votum simplex, ut ex instituto Societatis eiusque approbatione per Bullas Pontificias constat; imo, ante Gregorium XIII, votum illud adeo erat simplex, ut subsequens matrimonium non irritaret. Et quamvis postea Gregorius XIII, in Bulla *Ascendente Domino*, illud impedimentum introduxerit, et personam sic voventem inhabilem ad matrimonium reddiderit durante voto, nihilominus declaravit etiam nunc esse simplex et non solemne; ergo votum non solemnizatur per traditionem religiosam»<sup>119</sup>.

Prueba luego en el capítulo 8º que la solemnidad del voto de castidad procede de una disposición de derecho humano. Y como prueba quinta e importante aduce las bulas de Gregorio XIII sobre los votos simples de la Compañía de Jesús:

«7. *Probatur quinto.*- *Gregorii XIII decisio.*- Quinto, ac principaliter haec intelligentia et resolutio ex alia decisione Gregorii XIII tam aperte comprobatur, ut jam omnis alia expositio improbabilis et reprobata ac prohibita esse videatur»<sup>120</sup>.

Cita las palabras de Gregorio XIII en la bula *Ascendente Domino*, que aduce otras de Bonifacio VIII:

«In his ergo verbis aperte loquitur Gregorius de solemnitate substantiali, quae rigorosum et propriissimum votum constituit, illudque ab omni simplici distinguit; et illam solemnitatem dicit esse ex sola constitutione Ecclesiae»<sup>121</sup>.

<sup>119</sup> FRANCISCUS SUAREZ, *Opera omnia*, tomus 15, Parisiis, Vivès, 1859, lib. 2, cap. 7, num. 14s, pág. 149.

<sup>120</sup> *Ibid.*, cap. 8, num. 7, pág. 153s.

<sup>121</sup> *Ibid.*, cap. 8, num. 7, pág. 154.

Al final del mismo capítulo 8º explica por qué no son solemnes los votos simples emitidos en la Compañía de Jesús a pesar de poseer el carácter de impedimentos dirimentes; es que esos votos no son absolutamente perpetuos, puesto que cesan, si el religioso es dimitido por sus superiores.

«10. *Quid desit simplicibus Societatis votis, ne sint solemnia.*- [...] Respondeo igitur, illis deesse quod non inhabilitent personam simpliciter ac perpetuo, sed solum quamdiu durant. Non habent autem durationem absolute perpetuam, quia non sunt annexa professioni perpetuae ex utraque parte, sed traditioni dissolubili per repudiationem acceptantis; et ideo non habent vim ad solemnizandum votum sufficientem»<sup>122</sup>.

Expone, por último, en el capítulo 10 su sentencia sobre el origen de la solemnidad del voto religioso de castidad:

«1. *Quid sit substantialis solemnitas voti castitatis.*- *Vera sententia.*- Aliorum opinionibus repudiatis, superest ut tertiam, quae communior est, et quae nobis omnino vera videtur proponamus. Et imprimis dicimus votum castitatis religiosae esse solemne [...] nihil aliud addere quam esse votum, non solum prohibens, sed etiam irritans matrimonium subsequens, ac subinde solemnitatem voti substantialem, de qua nunc agimus, nihil aliud esse quam moralem efficaciam voti castitatis ad inhabilitandam perpetuo personam, ne validum matrimonium contrahere valeat»<sup>123</sup>.

Es interesante su opinión que expone en el capítulo 11º como corolario de sus explicaciones; admite la posibilidad de que un voto simple puede ser transformado en solemne por una determinación externa al voto mismo y a la voluntad del que hizo esos votos. Y lo aplica a los votos simples que se emiten en la Compañía de Jesús; en su argumentación cita el cambio que en los votos simples introdujo la bula *Ascendente Domino* de Gregorio XIII,

«2. *Votum simplex fieri ex simplici solemne. Notandum circa vota Societatis Jesu.*- Et eadem ratione fieri potest votum ex simplici solemne, sine nova voluntate aut intentione voventis. Quod explicare possumus in votis simplicibus Societatis; nam a principio ex duplici capite fuerunt simplicia. Unum est, quia non reddebant personam inhabilem ad matrimonium. Aliud est, quia non erant annexa traditioni omnino perpetuae et indisolubili ex utraque parte, religionis videlicet et religiosi, sed tantum ex parte religiosi, manente potestate in religione ad dissolvendum vinculum, et dimittendum religiosum ex iustis causis.

Quoad priorem autem partem diminuta est (ut ita dicam) simplicitas voti castitatis talis instituti, quia iam illud votum reddit personam inhabilem ad matrimonium, quamdiu votum permanet, per Bullam Gregorii XIII,

<sup>122</sup> *Ibid.*, cap. 8, num. 10, pág. 154.

<sup>123</sup> *Ibid.*, cap. 10, num. 1, pág. 159.

*Ascendente Domino*, quae, statim ac lata est, habuit effectum non solum in his, qui post illam votum illud castitatis emiserunt, sed etiam in illis, qui absque illo impedimento religiosi erant, ut ex tenore ipsius Bullae manifestum est, et in proprio tractatu in sequenti tomo ostendemus.

Quoad alteram vero partem, posset etiam nunc illa conditio compleri per legem Pontificis auferentis a Societate potestatem dimittendi eos, qui post biennium probationis vota in ea legitime emisissent, si Apostolicae Sedi ita expedire videretur. Non est enim dubium quin hanc habeat potestatem, quia vota illa ex parte materiae et ex genere suo perpetua sunt, et similiter ex parte religiosi ut perpetua emittuntur, et traditio, cui annectuntur, ex parte eiusdem irrevocabilis est; ergo Pontifex potest illam facere irrevocabilem ex parte religionis, tamquam supremus eius pastor et legislator.

Ergo tunc in illo voto castitatis compleretur ratio voti solemnis, nam haberet omnes condiciones necessarias, quas tale votum solemne postulat»<sup>124</sup>.

Expone luego en el capítulo 12º que la distinción entre un voto simple y un voto solemne de pobreza reside en que el voto solemne de pobreza, diversamente al voto simple, hace incapaz perpetuamente de poseer bienes propios a quien emite ese voto :

«7. *In quo distinguantur votum simplex et solemne paupertatis.*- Dicimus ergo primo, haec vota a posteriori et in effectibus distingui ad instar similium votorum castitatis. Nam votum solemne paupertatis non solum obligat ad non habenda bona temporalia ut propria, sed etiam reddit personam perpetuo incapacem proprietatis et dominii»<sup>125</sup>.

Insiste en que esta incapacidad debe ser perpetua para que el voto sea solemne; por eso no son solemnes algunos votos simples que incapacitan para poseer bienes propios, pero no perpetuamente:

«8. *Haec inhabilitas debet esse perpetua.*- [...] Consulto vero addidi inhabilitatem huiusmodi debere esse perpetua, utique absolute et moraliter ex vi status; quoniam potest dari aliquod votum paupertatis simplex habens illos effectus, quamdiu durat tale votum; et de facto in Societate invenitur, ut suppono»<sup>126</sup>.

Se refiere a los votos simples que emiten los coadjutores espirituales y temporales formados. Prosigue su explicación:

«9. *Secundum assertum: solemnitas in voto paupertatis ex solo iure ecclesiastico provenit.*- Secundo dicimus solemnitatem substantialem huius voti in hoc consistere quod habet vim et efficaciam ad huiusmodi

<sup>124</sup> *Ibid.*, cap. 11, num. 2, pág. 163.

<sup>125</sup> *Ibid.*, cap. 12, num. 7, pág. 169.

<sup>126</sup> *Ibid.*, num. 8, pág. 170.

effectum in persona voventis inducendum; quam vim non habet ex solo iure naturali vel divino, vel quatenus votum est; nec etiam illam habet ex traditione, cui coniungitur, sed ab Ecclesiae institutione. Quae omnia eodem modo explicanda in praesenti sunt, quo supra in voto castitatis sunt declarata et probata»<sup>127</sup>.

La tradición que comportan los votos no implica la incapacidad de poseer bienes; aduce el caso de los votos simples al concluir el noviciado en la Compañía de Jesús:

«15. *Societas nullum ius acquirit ad bona suorum religiosorum.*- Quarto, hic etiam poterit applicari altera ratio; quia in Societate post biennium fit votum paupertatis cum vera et perfecta traditione sui, et nihilominus persona non fit incapax acquirendi et retinendi dominium bonorum, et ideo votum illud paupertatis tantum est simplex; ergo traditio religiosa non sufficit ad solemnizandum hoc votum, nec ad reddendam personam incapacem dominii; pendet ergo ex institutione speciali, cum Ecclesiae approbatione. [...] Cuius etiam signum est, quia in coadiutoribus formatis Societatis, idem votum est simplex, et per illud, vel traditionem cui adiungitur, nullum ius ad bona vel haereditates voventis acquiritur religioni, et nihilominus tales religiosi fiunt incapaces dominii temporalium bonorum. Cuius ratio non est, nisi quia ita est institutum et probatum ab Ecclesia; ergo signum est huiusmodi effectum ab institutione pendere»<sup>128</sup>.

La razón de la diferencia entre el voto solemne y el voto simple de obediencia la explica así en el capítulo 14°:

«9. *Votum simplex oboedientiae non inducit tantam subiectionem et dependentiam in vovente.*- Haec autem potestas specialis Praelatorum et subordinatio ex parte subditorum seu impotentia ad se obligandum firmiter seu independenter a voluntate superiorum ex voto oboedientiae oritur, et in religione cum peculiari modo et efficacia, ac proinde per hunc effectum recte huius voti solemnitas declaratur.

Probatum haec ultima consequentia, quia simplex oboedientiae promissio per se non inducit tantam subiectionem et dependentiam in vovente, nec dat tantam potestatem illi cui oboedientia promittitur; sed huic dat tantum potestatem praecipendi, et illi imponit obligationem obediendi in his quae praeceperit intra latitudinem materiae talis voti seu promissionis.

At vero potestas irritandi omnem obligationem subditi longe maior est, et non est per se tantum connexa cum potestate praecipendi; ergo non sequitur ex vi voti simplicis oboedientiae; ergo pertinet ad peculiarem

<sup>127</sup> *Ibid.*, num. 9, pág. 170.

<sup>128</sup> *Ibid.*, cap. 12, num. 15, pág. 172.

proprietatem a qua votum illud talem efficaciam habet; et consequenter in illa consistit talis voti solemnitas»<sup>129</sup>.

Ya vimos, a propósito de la razón de la solemnidad del voto de castidad religioso, que Suárez en el capítulo 7º aportaba el argumento de los votos emitidos después del bienio de probación, que seguían siendo votos simples, aunque inhabilitaban para contraer matrimonio. Este era el texto citado:

«Et nihilominus est votum simplex, ut ex instituto Societatis eiusque approbatione per Bullas Pontificias constat; imo, ante Gregorium XIII, votum illud adeo erat simplex, ut subsequens matrimonium non irritaret. Et quamvis postea Gregorius XIII, in Bulla *Ascendente Domino*, illud impedimentum introduxerit, et personam sic voventem inhabilem ad matrimonium reddiderit durante voto, nihilominus declaravit etiam nunc esse simplex et non solemne; ergo votum non solemnizatur per traditionem religiosam»<sup>130</sup>.

Francisco Suárez más adelante en el mismo tratado, libro 9º, capítulo 4º, indica de nuevo que los votos simples que se emiten en la Compañía de Jesús comportan inhabilidad para contraer matrimonio en virtud de una determinación de la suprema autoridad de la Iglesia, no por una característica intrínseca, como es la tradición que el votante hace de sí mismo.

«10. [...] Denique ante constitutionem quandam Gregorii XIII, *Ascendente Domino*, votum simplex castitatis fiebat in Societate cum traditione sufficienti ad constituendum verum religiosum, ut prius idem Pontifex declaraverat alia bulla, *Quanto fructuosius*, et tamen non reddebat personam inhabilem ad matrimonium»<sup>131</sup>.

Francisco Suárez afirma también que el voto solemne de castidad disuelve el matrimonio rato no consumado por determinación de la Iglesia; previamente ha probado que no tienen tal efecto ni por su propia naturaleza, ni por derecho divino. Como señal, es decir, como indicio solamente, de que ese efecto del voto solemne es debido a la potestad eclesiástica aduce el caso de los votos de los escolares de la Compañía de Jesús; a ellos les ha atribuido la potestad eclesiástica el carácter de impedimento dirimente del matrimonio subsiguiente, pero no les ha concedido el disolver el matrimonio rato no consumado precedente:

«22. Tandem argumentari possumus a signo; nam videmus in eo statu ecclesiastico, vel per illud votum dissolvi matrimonium ratum, quod

<sup>129</sup> *Ibid*, cap. 13, num. 9, pág. 176.

<sup>130</sup> FRANCISCUS SUAREZ, *Opera omnia*, tomus 15, Parisiis, Vivès, 1859, lib. 2, cap. 7, num. 14s, pág. 149.

<sup>131</sup> FRANCISCUS SUAREZ, *Opera omnia*, tomus 15, Parisiis, Vivès, 1859, lib. 9, cap.4, num. 10, pág. 706.

Ecclesia censuit ad hunc effectum esse sufficiens, et non per alia, etiamsi solemnities sint vel ad dirimendum matrimonium postea contractum sufficientia; ergo signum est applicationem huius effectus, ut sic dicam, ad hoc vel illud votum commissum esse Ecclesiae, quatenus certa aliqua lege posset esse constans. Antecedens [...] patet etiam novo exemplo in voto castitatis religiosae scholarium Societatis, quod in principio nullum dirimebat matrimonium, quia nondum Ecclesia ad hunc effectum illud approbaverat; nunc vero dirimit sunsequens matrimonium, si forte contrahatur, quia ad hunc effectum iam approbatum est; non vero dirimit iam contractum, quia de hoc effectu nihil Pontifices locuti sunt, ut infra videbimus»<sup>132</sup>.

Suárez, pues, trata con detención los cuatro temas del presente estudio.

**Egidio Coninck, S.I.**, en su tratado *De sacramentis et censuris*, 1616, prueba por la bula de Gregorio XIII que los religiosos de la Compañía de Jesús, con solos votos simples, son tan propiamente religiosos como los que hacen votos solemnes, y por tanto, los votos solemnes no se diferencian esencialmente de los votos simples que constituyen religiosos a quien los hace, como es el caso de los votos simples que se emiten en la Compañía de Jesús.

«70. Quia Gregor. XIII. supra ex eo quod solemnitas sit ab Ecclesia inventa, infert per vota simplicia, quantum est ex natura rei, tam posse aliquem constitui proprie dictum religiosum, quam per solemnities: ideoque Religiosos Societatis Iesu per vota simplicia proprie fieri Religiosos, non secus ac professos. Quae argumentatio esset inepta et consequens falsum, si solemnitas constitueret essentialem differentiam inter haec vota. Quia cum vota afficiant essentialiter Religiosum, ille necessario essentialiter minus perfecte & alia longeque inferiore ratione debet esse Religiosus, cuius vota sunt essentialiter imperfectiora & alterius ac inferioris rationis; atqui secundum illos vota simplicia sunt essentialiter rationis imperfectioris & inferioris quam solemnities: ergo Religiosi facti per sola vota simplicia sunt imperfectius & aliter Religiosi quam professi. Sicut res mihi promissa est longe imperfectius & alia ratione mea atque mihi tradita. Quod tamen aperte est contra Bullam Gregorii»<sup>133</sup>.

Niega que la diferencia entre los votos simples religiosos y los votos solemnes esté en la tradición que en el voto solemne hace de sí quien lo

<sup>132</sup> FRANCISCUS SUAREZ, *Opera omnia*, tomus 15, Parisiis, Vivès, 1859, lib. 9, cap.23, num. 22, pág. 843.

<sup>133</sup> AEGIDIUS DE CONINCK, *De sacramentis et censuris*. Tomus secundus. *De sacramento matrimonii*, disputatio 31, *De impedimentis*, Dubium VI, *Quo iure votum solemne Religionis dirimat matrimonium?*. Antverpiae 1616, pág. 810s.

emite y no hace quien emite un voto simple, aunque sea ésta la sentencia de muchos doctores; él juzga más probable la sentencia contraria:

«71. Confirmatur segundo, quia Caelestinus II, *c. Rursum, qui clerici vel voventes*, dicit votum simplex coram Deo tantum obligare, quantum solemne, quod esset aperte falsum si unum contineret traditionem, alterum simplicem promissionem»<sup>134</sup>.

Egidio Coninck también prueba que la profesión de votos solemnes es impedimento dirimente de un futuro matrimonio por derecho eclesiástico y no por razón de la tradición del religioso que comportan, arguyendo a partir de los votos simples de la Compañía de Jesús, que incluyen la tradición del religioso, pero no siempre fueron impedimento dirimente del matrimonio:

«71. Confirmatur 1. Quia si per ulla vota posset fieri talis traditio, qua homo fieret incapax matrimonii & dominii, deberet fieri per omnia vota Religionis. Et hoc videtur iis ita foret essenziale, ut sine tali traditione nemo posset esse Religiosus: quia Religio instituta est, ut per eam homo se tradat Deo modo perfectissimo possibili. Atqui Religiosi Soc. Iesu per vota simplicia sunt vere ac proprie Religiosi non secus ac professi, ut definitur in bulla Gregorii, & tamen manent modo capaces dominii, & ante illam bullam videntur etiam fuisse capaces matrimonii, quia Pontifex dicit se eorum matrimonia illa bulla irritare & annullare; ergo talis traditio nec ad verum perfectumque statum Religionis requiritur, nec videtur possibilis»<sup>135</sup>.

Egidio Coninck, igualmente propugna que la disolución de los matrimonios ratos no consumados por la profesión religiosa procede del derecho eclesiástico; y como prueba de que esa eficacia de la profesión religiosa no proviene del derecho divino arguye con los votos simples de la Compañía de Jesús, que son votos tan religiosos como los solemnes, pero no disuelven los matrimonios ratos no consumados:

«38. Neque etiam iure divino ita solvitur; quia alias per omnia vota Religionis deberent eiusmodi matrimonia solvi, cum omnia illa vota iure divino sint eiusdem retonis; nam solemnitas professionis est introducta ab Ecclesia, ut patet ex *c. unico de voto in 6*; atqui illud est falsum (ut patet in votis simplicibus eorum qui ingrediuntur nostram Societatem, quae sunt vera vota Religionis, nec tamen solvunt matrimonium); ergo etiam erit falsum id ex quo illud sequitur»<sup>136</sup>.

<sup>134</sup> *Ibid.*, pág. 811.

<sup>135</sup> AEGIDIUS DE CONINCK, *Ibid.*, pág. 811.

<sup>136</sup> AEGIDIUS DE CONINCK, *De sacramentis et censuris*. Tomus secundus. *De sacramento matrimonii*, disputatio 26, *De unitate et indisolubilitate matrimonii*, Dubium III, *Utrum matrimonium ratum solvatur per professionem in Religione approbata, aut per Pontificis dispensationem?*. Antverpiae 1616, num. 38, pág. 754.

Entre los autores no pertenecientes a la Compañía de Jesús que primero fijaron su atención en las peculiaridades de los votos simples emitidos en la Compañía de Jesús, destaca el agustino **Basilio Ponce**. En su tratado *De Sacramento matrimonii*, 1624, libro 7º, propugna que en los primeros tiempos la vida religiosa -que él juzga comenzó en tiempos de los apóstoles- se basaba en votos simples, y por ello rechaza la doctrina común que exigía la profesión de votos solemnes en la vida religiosa. Pero dialécticamente propone argumentos en favor de esa sentencia común, contraria a la suya, que exige votos solemnes en la vida religiosa, y se pueden deducir de los documentos de Gregorio XIII, como había hecho Gabriel Vázquez:

«1. [...] Sed ex litteris Pontificiis Gregorii XIII, quibus laudabile institutum Societatis Iesu de novo confirmavit & vere religionis statum esse, etiam quoad eam partem quae constat votis simplicibus post biennium emissis, declaravit, desumi potest pro hac communi sententia non contemnendum argumentum. Nam Gregorius in Bulla, cuius initium, *Quanto fructuosius* &, postquam retulit illorum sententiam qui per tria vota simplicia in praedicta Societate non constitui vere religiosum autumabant, inquit: *Nos considerantes divinae providentiae thesauros, pro tempore necessitate varia & inter se dissimilia eademque salubria ordinum instituta, & nunc maxime (ut felicissimi toto orbe successus testatur) mirificos in agro Domini fructus, hoc peculiari dictae Societatis instituto proferri, & Ubi peculiare vocat Societatis institutum; non ita vocaretur, si iam olim praecessisset.*

Sed et apertius idem Gregorius in extravaganti *Ascendente Domino*, huic quod diximus favere videtur. Postquam enim damnavit illarum propositionum assertores, deceptionis illorum rationem reddit, scilicet, quod statutum Societatis ex statuto aliorum ordinum metiebantur: *Ex aliorum regularium ordinum communibus rationibus formis ac statutis metientes Societatis institutum, peculiare constitutiones ac naturam votorum simplicium penitus ignorantes*: Quibus indicari videtur Religionis statum votis simplicibus constantem, ante Societatis institutionem & confirmationem non usum esse in Ecclesia.

Sed urgeo magis alia eiusdem extravagantis verba: *Statuimus atque decernimus tria vota eiusmodi, etsi simplicia, ex huius Sedis institutione ac nostra etiam declaratione & confirmatione esse vere substantialia Religionis vota, ac in dicta Societate tanquam in Religione approbata per sedem eandem admissa fuisse & esse, ac per nos admitti*. Ecce simplicia ista vota, quae vere religiosum efficiant, id habere ex Sedis Apostolicae institutione, non alia certe quam qua Societatis institutum admissum est ab Apostolica Sede & confirmatum. Si enim ab Apostolorum temporibus religionis statum votis constitisset simplicibus ullo iam tempore in Ecclesia,

nequaquam diceretur vota simplicia ex Apostolicae Sedis institutione in Religione Societatis admissa.

Denique non desunt multi, quibus tantum votis simplicibus Religionis statum constare non posse, sed praeterea requiri, ut aliqui in ea congregatione solemniter professi reperiantur, adeo certum est, quam quod certissimum».

Sin embargo, juzga suficientemente probada su sentencia contraria, la que sostiene que bastan los votos simples para constituir al votante en el estado religioso:

«2. Sed si ea, quae hactenus tam multis probavimus, vere statuta & probata sunt, facile est colligere, quid ipse de proposita quaestione sentiam & probarem. Mea ergo sententia est Apostolorum aetate & post Apostolorum tempora annis compluribus religionis statum tantum constituisse simplicibus votis. Itaque veteres illi religiosi primi, secundo et tertii aut quarti saeculi, & Basilii, Augustini & Benedicti monachi, qui vere et proprie religiosi erant, tantum emittebant tria illa vota simplicia non solemnia ea solemnitate de qua nunc est sermo, introducta ab Ecclesia, quae in illegitimate consistit»<sup>137</sup>.

Y saca las consecuencias respecto a la novedad que se decía eran los religiosos de votos simples de la Compañía de Jesús:

«3. Ex quibus colligitur laudabile institutum Societatis Iesu hisce temporibus magno Reipublicae Christianae commodo destinatum, non esse novum, sed primaeum in religione servatum vivendi genus»<sup>138</sup>.

Y contra los que tachaban de novedad al instituto de la Compañía de Jesús, escribe:

«3. [...] Nam si veterum scripta evolvissent diligentius, hanc vivendi normam Societatis Iesu, quoad eam partem quae constat votis simplicibus post biennium emissis in religione approbata, eiusdem prorsus rationis esse cum primis illis exordiis monachismi et antiquo statu monachorum Basilii, Augustini et Benedicti, qui multis annis apud eos invaluit, facile comperissent»<sup>139</sup>.

Basilio Ponce afirma también que la tradición de sí mismo que hace el religioso al emitir los votos solemnes no es la causa de la solemnidad de esos votos, ya que también los votos simples que se hacen en la Compañía de Jesús comportan una tradición del religioso al instituto religioso; aduce la bula de Gregorio XIII.

<sup>137</sup> BASILIUS PONCE, *De sacramento matrimonii*. Salmanticae. Apud Antoniam Ramirez Viduam, 1624. Liber septimus, cap.22, pág. 535s.

<sup>138</sup> *Ibid.*, pág. 537.

<sup>139</sup> *Ibid.*

«5. [...] Hi quidem auctores expresse dicunt votum in religione emissum differre a voto extra religionem facto in ea traditione et donatione, in qua etiam solemnitatem voti constituunt. Et quamvis in eo non recte, quod solemnitatem in traditione ponant, cum votis simplicibus Societatis Iesu Gregorius XIII definiat vere constitui religiosum, quia per illa se religioni tradit seque divino servitio in ea dicat, quibus docet etiam in voto simplici ad religionis status pertinente inesse traditionem et donationem; attamen recte docuerunt votum in religione emissum differre ab eo, quod extra religionem fit, quia illud secum affert donationem et traditionem personae, quamvis praedicti Doctores explicari optime possint iuxta eam solemnitatem intrinsecam et essentialem, quam proponam infra»<sup>140</sup>.

Distingue luego Basilio Ponce varios tipos de solemnidades en los votos religiosos: esencial y accidental, y ésta puede ser legítima o extrínseca:

«1. [...] Essentialem solemnitatem voco formam, quae actum aliquem constituat & ab aliis distinguat. Accidentalem autem, quae, ut iuxta regulas Dialecticorum definiamus, adesse & abesse potest absque subiecti corruptione. Haec autem duplex est, quaedam quae appellatur a nobis legitima, sine qua alias actus validus esse potest, at ex voluntate legislatoris necessario adiungenda est. Alia omnino extrinseca, sine qua actus validus esse potest etiam secundum legislatoris voluntate»<sup>141</sup>.

Esa solemnidad legítima proviene del derecho eclesiástico; aduce entre otros argumentos las palabras de Gregorio XIII en la bula *Ascendente Domino*:

«2. [...] Devenio ad Gregorium XIII, Pontificem Maximum in *Extravag. Ascendente Domino & Salvatore nostro in naviculam*, qua laudabile institutum Societatis confirmatur [...] Cum enim cuiusdam privati Doctoris falsas & temerarias propositiones referret, ex eo ortas fundamento quod solemnitatem votorum esse de iure divino existimaret, inquit Pontifex; *Non considerantes solemnitatem voti sola Ecclesiae constitutione inventam esse*<sup>142</sup> ».

Refuta luego a los que juzgaban que la solemnidad de los votos solemnes provenía del derecho divino, era una solemnidad esencial, y concedían a los votos simples de los escolares de la Compañía de Jesús una solemnidad accidental, y atribuían a un privilegio, concedido por el Papa, el que fueran considerados religiosos:

«3. [...] De solemnitate vero, quae constituit votum solemne iuxta scholasticorum controversiam, nonnulli dubitarunt, praesertim tempore

<sup>140</sup> BASILIUS PONCE, *De sacramento matrimonii*. Salmanticae. Apud Antoniam Ramirez Viduam, 1624. Liber septimus, cap. V, pág. 481.

<sup>141</sup> *Ibid.*, cap. 7º, pág. 489s.

<sup>142</sup> *Ibid.*, cap. 7º, pág. 490.

Gregorii XIII, & quia putarunt eam solemnitate iure divino ad statum religiosum requiri, intulerunt errantes simplicia vota Societatis post biennium emissa non constituere simpliciter et substantialiter religiosos. Contra quos definit Pontifex illa tria vota Societatis, etsi simplicia, substantialia religionis esse fuisseque semper»<sup>143</sup>.

«5. [...] Quidam dicunt ex ea definitione tantum haberi religiosos Societatis IESV post illa vota simplicia esse religiosos tantum ex privilegio, at vero professos esse religiosos essentiali iure. Unde & cum hoc stare solemnitate voti esse de iure divino & vota simplicia Societatis constituere vere religiosos, ex privilegio scilicet. Quod si tantum essent religiosi ex privilegio, essent religiosi instar professorum, non vero dicerentur esse religiosi non secus ac professi. Deinde definit Pontifex haec vota simplicia esse substantialia religionis vota. At si tantum ex privilegio efficerent religiosum, non essent substantialia vota»<sup>144</sup>.

Después de refutar las sentencias de otros autores, expone Basilio Ponce su propia sentencia:

«1. Relinquitur igitur legitimam solemnitate votorum solemnium consistere, & in perpetuitate extrinseca ex parte acceptantis, scilicet quod praelato sublata facultas sit liberum dimittendi, & in illegitimatione quae ex lege Ecclesiastica accessit aliis votis, qua redditur vovens inhabilis & ad matrimonia ineunda & ad dominia rerum adquirenda. Quam sententiam non nos primo excogitamus, sed ex antiquis nonnulli tradidere, qui in illegitimatione facta vel adiuncta votis ex institutione Ecclesiae solemnitate constituerunt»<sup>145</sup>.

Más adelante, insiste en su sentencia, al tratar de los votos que históricamente han bastado para constituir en estado religioso:

«2. [...] Solemnitate votorum diximus esse plenam traditionem ex parte tradentis, hoc est illegitimationem illi traditioni adiunctam & omnimodo indissolubilem acceptationem ex parte acceptantis iuxta Pontificia decreta, in religione approbata»<sup>146</sup>.

Y aplicando esta su sentencia a los votos simples en la Compañía de Jesús, había antes escrito que de entre los votos simples emitidos en la Compañía el voto de castidad tiene una solemnidad “legítima” porque dirime el matrimonio subsiguiente:

«5. [...] Et in religione Societatis IESV, quoad eam partem, quae constat votis solemnibus solemnitate tantum essentiali, vulgo simplicibus, votum

<sup>143</sup> *Ibid.*, cap. 7º, pág. 491.

<sup>144</sup> *Ibid.*, cap. 7º, pág. 491s.

<sup>145</sup> *Ibid.*, cap. 9º, pág. 499.

<sup>146</sup> *Ibid.*, cap. 22º, pág. 536.

paupertatis et oboedientiae non est solemne legitime, at votum castitatis solemnitatem legitimam habet, dirimit matrimonium contrahendum»<sup>147</sup>.

Basilio Ponce juzga suficientemente probada su sentencia sobre el origen de derecho eclesiástico del efecto dirimente del matrimonio subsiguiente que tiene el voto solemne de castidad por los argumentos que había expuesto antes ampliamente:

«4. Ex dictis, quae hactenus tam multis statuta sunt, plane colligitur votum solemne religionis solo iure Ecclesiastico dirimere matrimonium, ita ut post contractum sit nullum. Itaque, quamvis iure divino impediatur matrimonium in ordine ad copulam, neque sine peccato contrahi potest, non tamen efficit nullum, nisi mero iure Ecclesiastico, quo solemnitas adiuncta est votis religionis»<sup>148</sup>.

En contra de los autores que hemos citado, incluso de los miembros de la Compañía de Jesús, Basilio Ponce, 1624, prueba que también esos votos simples de la Compañía de Jesús disuelven por privilegio divino los matrimonios ratos no consumados, puesto que constituyen verdaderos religiosos y tenían esa facultad los votos simples que se emitían en el estado religioso primitivo.

«1. Ex dictis colligitur primo consequenti ratiocinatione idem dicendum est de votis simplicibus emissis in Societate, scilicet eandem vim habere dirimendi matrimonium ratum ex privilegio quoque divino, quamvis id negent Gabriel Vázquez, 1.2.disp.165, et Thomas Sánchez, lib. 2, disput.18, num. 6, et Henríquez lib. II, cap. 8, num.7. Si enim concessum est religioso statui ex Christi privilegio, et ab initio eum effectum habuit status religiosus, ut modo ostendimus, et antiquus ille religiosus status tantum constabat votis simplicibus, ut demonstravit 1.p. variarum disput. quaest. 3, scholastica, cap.8, et supra lib. 7, liquido colligitur vota Societatis post biennium emissa eandem habere vim, quandoquidem vere religiosum efficiunt. Concessum enim illud privilegium a Christo statui vere et substantialiter religioso, & ex consequenti non solum professioni solemni, eo modo quo nunc vocamus solemnem, sed etiam professioni vere & substantialiter constituenti statum religiosi, qualis fuit per tria vota in Societate post biennium»<sup>149</sup>.

No importa que esos votos sean simples, porque tienen una solemnidad intrínseca:

<sup>147</sup> *Ibid.*, cap. 9º, pág. 500.

<sup>148</sup> BASILIUS PONCE, *De sacramento matrimonii*. Salmanticae. Apud Antoniam Ramirez Viduam, 1624. Liber septimus, cap.22, pág. 537.

<sup>149</sup> BASILIUS PONCE, *De sacramento matrimonii*. Salmanticae. Apud Antoniam Ramirez Viduam, 1624. Liber nonus, cap. VI, pág. 792.

«2. Nec vero his obstat primo vota post biennium emissa in societate esse simplicia, vota autem simplicia non dirimere matrimonium. Haec enim vota, quamvis appellentur simplicia, ut distinguantur a votis affectis solemnitate ecclesiastica, attamen intrinseca solemnitatem habent, ut dixi sup. lib. 7. Quare vim habent dirimendi matrimonium. Privilegium enim illud concessum statui religioso, quibuscumque constet votis, dummodo sufficiant ad vere constituendum religiosum»<sup>150</sup>.

Aduce luego algunas dificultades que se pueden oponer a su sentencia; una de ellas, que ya vimos arredró a Gabriel Vázquez y no le arredra a él, es la siguiente:

«4. Nec denique obstat, quod si aliquis coniunctum matrimonio ante consummationem ad Societatem transiret & post biennium vota emitteret & ratum coniugium dirimeretur, fieri potest ut secundo valide nuberet, videlicet si post eorum emissionem a Praelato dimitteretur, liber votorum nexu. Hoc argumento commotus relinquit opinionem istam Gabriel Vázquez 1.2. disput. 165. Concedimus tamen sequelam, & in hoc nullum inconueniens esse existimamus. Quia idem omnino sequitur ex natura rei in eo, qui solemniter profitetur, & etiam Doctores qui contra senserint, idem fateri tenentur multis saeculis in Ecclesia id locum habuisse. Quia si haec vis dirimendi matrimonium ratum concessa est votis religionis iure divino, ut ego existimo, vel tantum Ecclesiastico, ut illi dicunt, cum ipsi etiam fateantur vota religionum multis saeculis non habuisse vim dirimendi matrimonium post contractum usque ad Innocentium II, ut mihi videtur, ut autem ipsi sentiunt, usque ad tempora Gregorii I, plane sequitur illo tempore, dissoluto priori vinculo per vota monastica, statim illis emissis, potuisse valide contrahi aliud matrimonium, illicite quidem auctoritate propria, licite vero relaxante vota Pontifice vel Episcopo vel religionis Praelato»<sup>151</sup>.

Amplia ha sido, pues, la atención que Basilio Ponce ha prestado a los aspectos de los votos simples, emitidos en la Compañía de Jesús, que estamos estudiando.

**Paulus Laymann, S. I.** propugna en su *Theologia moralis*, 1625, que bastan unos votos simples para constituir el estado religioso; y aduce el caso de los votos del bienio en la Compañía de Jesús:

«4. Sequitur secundo: Ut aliquis statum Religionis tenere possit, ac verus Religiosus censeatur, non requiri eius vota esse solemnia, vel ut

<sup>150</sup> *Ibid*, pág. 793.

<sup>151</sup> *Ibid*.

publica professione edita sint; sufficit enim vota illa tria, religioso statui essentialia, Ecclesiae auctoritate acceptari.

Quod tametsi olim non fiebat, nisi publicae professionis solemnitate, hodie tamen statuerunt Summi Pontifices, nominatim Greg. XIII in Bulla quae incipit *Ascendente Domino*, edita Anno 1584, ut qui in Societ. Iesu post biennii probationem simplicia vota ederent, veri Religiosi fierent; quippe se Societati dedicantes & actu tradentes, quantum ex parte ipsorum irrevocabiliter. Idemque indicavit Trid. *Sess 25, cap. 16, de Regul.* Ratio vero est, quia voti solemnitas sola Ecclesiae constitutione inventa est, sicut ait Bonif VIII, *in c. un. de voto, in 6*; dicitur enim votum, sicuti & testamentum, pactum, iusiurandum solemnne, cui ea forma seu solemnitas publica adhibetur, quam ius requirit<sup>152</sup>.

No obsta que el compromiso de estabilidad no sea igual por parte del religioso y del instituto:

«Non obstat religioso statui, quod simplicia tantum vota in Societate Iesu habentes, Superiorum auctoritate iterum dimitti possint; sufficit enim ad statum religiosum quod, qui eum amplexus est, ipsemet discedendi libertate careat»<sup>153</sup>.

Paulus Laymann rechaza que la solemnidad del voto solemnne se deba a la tradición del religioso a Dios o a su instituto, o a los efectos inhabilitantes que comporte, sino que son ciertas solemnidades las que constituyen al voto solemnne:

«{4 }[...] Dicitur enim votum, sicut & testamentum, pactum, iusiurandum solemnne, cui ea forma seu solemnitas publica adhibetur, quam ius requirit. Quare, sicuti iure speciali statutum est, ut v. gr. testamentum minus solemnne inter milites perinde validum sit ac solemnne, ita etiam constitui potest & re ipsa constitutum est a Greg. XIII in Bulla, *Ascendente Domino*, ut vota simplicia, quae in Societ. Iesu edi solent, traditionem ex parte voventium irrevocabilem contineant, verosque Religiosos efficiant, aliosque effectus plerosque votorum solemnium consequantur. Nam in primis inducunt incapacitatem ad nuptias, ita ut matrimonium non tantum illicite sed etiam invalide ab eiusmodi Religiosis contrahantur. Deinde, si vota simplicia sint publica, quae a Coadiutoribus formati nostrae Societatis edi solent, introducunt etiam inhabilitatem seu incapacitatem cuiuscumque dominii bonorum in particulari, idque totum ex Ecclesiastica constitutione. Interim vero hodie proprium manet solemnni professioni, ut matrimonium ante contractum dirimat; deinde ut ex virtute eius Religio vicissim etiam

<sup>152</sup> PAULUS LAYMANN, *Theologia moralis*. Liber quartus. Tomus secundus. Tractatus quintus. Cap. 1, Venetiis 1700, pág. 98s.

<sup>153</sup> *Ibid.*, pág. 99-

Religioso obligetur ad eum perpetue retinendum, alendum, &c, nisi in poenam criminis tamquam incorregibilis deponendus & eiiciendus sit»<sup>154</sup>.

Paulus Laymann dice también que la diferencia entre el voto solemne y el voto simple en la profesión religiosa ha quedado reducido a dos efectos muy concretos, atribuidos por derecho eclesiástico al voto solemne :

«Ratio vero est, quia voti solemnitas sola Ecclesiae constitutione inventa est, sicut ait Bonif VIII, *in c. un. de voto, in 6* [...]. Idque totum ex ecclesiastica constitutione. Interim vero hodie proprium manet sollemni professioni ut matrimonium (ratum) antea contractum dirimat (quod id soli professioni in religione ab Apostolica Sede approbata competat, est ex Ecclesiae institutione), deinde ut virtute eius religio vicissim religioso obligetur ad eum perpetuo retinendum, alendum, etc, nisi in poenam criminis tamquam incorregibilis deponendus et eiiciendus est»<sup>155</sup>.

**Martín Bonacina**, en su *Moralis theologia*, 1627, afirma el carácter de impedimento invalidante del matrimonio que tiene la profesión religiosa, la solemne o también la simple en la Compañía de Jesús:

«2.3. Votum castitatis emissum in professione valida religionis approbatae dirimit matrimonium, etiam consummatum factum post ipsam professionem; consequenter religiosus professus invalide contrahit matrimonium. [...] Idem dicendum est de voto simplici quod emittunt Patres Societatis Jesu peracto biennio, ut patet ex motu proprio Gregor. XIII, qui incipit *Ascendente Domino*. [...]

Como causa de este efecto dirimente indica Bonacina el derecho eclesiástico, como indican las palabras de Gregorio XIII:

«Utrum vero matrimonium celebratum post professionem sit invalidum iure naturae, vel tantummodo ecclesiastico, fusius disputandum aliis relinquimus. Nobis sufficit dicere esse invalidum iure tantum ecclesiastico, non iure naturae. Ratio est, tum quia votum simplex non dirimit matrimonium; ergo neque votum solemne; votum enim solemne nihil habet supra votum simplex ratione cuius magis dirimat matrimonium, quam simplex, excepto decreto Ecclesiae; sicut enim in voto solemnem traditur persona Deo, ita etiam in simplici; tum quia ita videtur definitum a Gregorio XIII in Bulla, quae incipit *Ascendente Domino*»<sup>156</sup>.

<sup>154</sup> PAULUS LAYMANN, *Theologia moralis*. Liber quartus. Tomus secundus. Tractatus quintus. Cap. 1, Venetiis 1700, pág. 98s.

<sup>155</sup> PAULUS LAYMANN, *Theologia moralis*. Liber quartus. Tomus secundus. Tractatus quintus. Cap. 1, Venetiis 1700, pág. 98s.

<sup>156</sup> MARTINUS BONACINA, *Opera omnia*, Tomus primus, *De magno matrimonio sacramento*, quaestio III, punctum IV, *De impedimento voti*, Lugduni 1633, pág. 273.

**Gaspar Hurtado S.I.**, publicó en 1627 su *Tractatus de Matrimonio et censuris*; en la disputa XV *De Matrimonio, De voto*, cita los votos simples de la Compañía de Jesús como impedimento del matrimonio:

«1. Supponimus primo votum simplex castitatis non dirimere matrimonium contrahendum [...] excepto voto simplici castitatis cum aliis duobus votis simplicibus post biennium novitiatus in nostra Societate emissis, quod cum eis illud dirimit iure Ecclesiastico, habito in Bulla Ascendente Domino, edita a Gregorio XIII»<sup>157</sup>.

Más expresamente trata de esos votos simples de la Compañía de Jesús en la diásputa VIII de Matrimonio, dificultad V, que lleva el título: *Utrum matrimonium ratum baptizatorum dissolvatur per tria vota Societatis post biennium emissa?*. Refuta en primer lugar la sentencia afirmativa de Basilio Ponce, y con Vázquez, Sánchez y Henríquez propugna la sentencia que lo niega:

«23. [...] Quia usus trium votorum, quae post biennium emittuntur in nostra societate, quibus voventes fiunt religiosi & tantum sunt simplicia & non solemnia, quia non sunt absolute perpetua ex parte admittentis illa, quia ex rationabili causa potest sic voventes a Societate dimittere, quo cessant dicta vota, est in Ecclesia noviter introductus, ut Vazquez, cap. 9 expendit ex dicta extravagante Gregorii XIII; ergo absque iure & fundamento dicitur per tria vota nostrae Societatis post biennium emissa dissolvi matrimonium ratum.

24. Id quod dicimus de tribus votis emissis post biennium etiam est verum de eisdem post longa tempora emissis a coadiutoribus, etiam spiritualibus, ob eandem rationem, quia scilicet non sunt solemnia, quia non sunt absolute perpetua ex parte admittentis illa»<sup>158</sup>.

**Fernando de Castro Palao, S.I.**, publicó en 1632 su *Opus morale*; en la parte 3ª de esta obra, *De virtute religione et ei annexis*, en el tratado 16, *De statu religioso*, sostiene que para constituir el estado religioso bastan los votos simples, como los que se emiten en la Compañía de Jesús:

«5. [...] Sufficere simplicia est omnino certum, ita ut dubitationi non sit locus, eo quod Gregor. XIII in dicta bulla *Ascendente Domino* expresse definierit esse veros religiosos eos, qui post biennium probationis in

---

<sup>157</sup> GASPAS HURTADO, *Tractatus de matrimonio et censuris*. Disputatio XV, de *Matrimonio*, Compluti 1627, pág. 324.

<sup>158</sup> *Ibid.*, pág. 238.

Societate Iesu vota simplicia castitatis, paupertatis et oboedientiae emittunt»<sup>159</sup>.

Juzga que la solemnidad de los votos consiste solamente en la imposibilidad de dispensarlos por quien los admite; que no consista en otras cualidades del voto lo prueba con el ejemplo de los votos simples de los coadjutores formados de la Compañía de Jesús, que tienen las mismas características de los votos solemnes, menos esa:

«6. [...] Censeo solemnitatem votorum consistere in eo quod ex parte acceptantis relaxari remittique libere non possint. [...] Quod autem in nullo alio, quam in illa reservatione haec solemnitas consistat probatur comparando vota solemnia cum simplicibus: vota enim simplicia paupertatis & castitatis non desinunt esse talia, esto ab Ecclesia eis annectetur inhabilitas ad actus promissioni oppositos, ut manifeste constat in votis coadiutorum formatorum Societatis Iesu, quae illos inhabiles reddunt matrimonio contrahendo & bonorum quorumlibet acquisitioni & dominio, sed quia libere a Praelatis Societatis dimitti & relaxari possunt, ea de causa solemnia non sunt, sed simplicia»<sup>160</sup>.

Al exponer los efectos del voto religioso de pobreza se detiene en los efectos del voto simple después del bienio de probación en la Compañía de Jesús:

«3. Insuper dixi votum solemne, non simplex quale emittitur ab scholaribus et coadiutoribus Societatis expleto biennio, nec tollit dominium habitum, nec incapacem reddit acquirendo, ut expresse deciditur a Gregor. 13 in bulla ascendente Domino, & habetur 4 p. constitut. cap. 4, litt. E. Quod certe non obstat religioso statui & perfectioni, cum ex vi voti obligetur illo dominio non uti absque voluntate superioris, & ex alia parte convenientissimum est regimini Societatis, ut sic liberius & minori cum offensione dimitti, si opus fuerit, e Societate valeant, sicut dixit Gregor. In supradicta bulla»<sup>161</sup>.

En su tratado sobre el matrimonio, al exponer el impedimento de voto, indica que, aunque el voto simple no impide contraer matrimonio válido, está la excepción de los votos simples de la Compañía de Jesús:

«1. Constat apud omnes votum simplex castitatis non esse impedimentum dirimens matrimonio contrahendo, [...] Ab hac doctrina excipitur votum castitatis, simul cum aliis duobus paupertatis & oboedientiae emissum in Societate Iesu post biennium, quod etsi simplex sit, efficaciam habet

<sup>159</sup> FERNANDO DE CASTRO PALAO, *Operis moralis*, Pars Tertia, *De virtute religionis et ei annexis*, Tratado 16, disputa 1, punctum 1, Lugduni 1638, pág 125.

<sup>160</sup> *Ibid.*, pág. 132s.

<sup>161</sup> *Ibid.*, pág. 273.

dirimendi matrimonium, ut constat ex bulla edita a Gregorio XIII, quae incipit *Ascendente Domino*»<sup>162</sup>.

También esos votos simples son argumento para probar que solamente por derecho eclesiástico disuelven los votos solemnes un matrimonio precedente, rato y no consumado, y no por derecho divino incluido en la profesión religiosa:

«4. Sed neque hanc sententiam probandam censeo: nam si Christus Dominus hanc efficaciam statui religioso concessisset, cum statum hunc non solum professio votorum solemnium, sed etiam simplicium & quae ex voluntate Praelati dissolvi possunt, constituat, ut definitum ex a Gregor. XIII in bulla quae incipit, *Quanto fructuosius*, edita anno 1582, ex huius status assumptione matrimonium ratum dissolveretur, cum solemnitas votorum solo iure Ecclesiastico introducta sit»<sup>163</sup>.

El dominico **J. B. Gonet, O.P.**, 1669, en su *Clypeus theologiae thomisticae*, en el tratado *De matrimonio*, se pregunta sobre la razón por la que la profesión solemne es impedimento dirimente del matrimonio:

«31. Obiicies ultimo: Si votum solemne in Religione approbata iure naturae nullum redderet matrimonium subsecutum, maxime quia, ut dictum est, praeter promissionem omni voto essentialem, habet insuper adiunctam traditionem & acceptationem: Sed haec ratio nulla est: Ergo ruit praecipuum fundamentum nostrae sententiae. Maior constat ex supra dictis. Minor probatur. Vota quae post biennium probationis emittuntur a Religiosis Societatis Jesu non sunt solemnia, sed simplicia, ut dicitur expresse in Bulla Gregorii XIII concessa Societati, & incipiente: *Ascendente Domino in naviculam*, proindeque non ex iure naturae, sed tantum ex iure ecclesiastico ibidem contento, reddunt inhabiles ad contrahendum matrimonium, & tamen in eis est vera traditio & acceptatio Ecclesiae, quia per ea vota vere qui illa emittunt, se tradunt et subiiciunt et mancipant arbitrio & potestati superioris; ita ut minime in posterum sit eis integrum, absque apostasiae labe, ab eo instituto propria autoritate, sed tantum aliena recedere; vota que illa a superiore acceptantur nomine Dei ex facultate Sedis Apostolicae: Ergo, etc.

Pero él juzga que ese carácter de impedimento dirimente le viene al voto solemne por su misma naturaleza de perfecta *traditio* del votante, mientras que en los votos simples de la Compañía de Jesús, que implican una *traditio*

<sup>162</sup> FERNANDO DE CASTRO PALAO, *Operis moralis*, Pars Quinta, *De Matrimonio & Sponsalibus*, Tratado 28, disputa 4, punctum 6, Lugduni 1647, pág 190.

<sup>163</sup> *Ibid.*, disputatio 3, punctum 4, pág. 128.

menos perfecta y absoluta, el carácter de impedimento dirimente se lo ha otorgado el derecho eclesiástico:

«32. Respondeo distinguendo Maiorem: Quia votum solemne, praeter promissionem, habet adiunctam traditionem, qualemcumque, nego. Perfectissimam & absolutam, concedo. Ad probationem vero in contrarium, desumptam ex votis simplicibus, quae post biennium probationis a Religiosis Societatis Jesu emittuntur, dicendum est, quod in votis illis sit aliqua traditio & acceptatio, illa tamen non est perfecta & absoluta, sicut illa quae fit per vota solemnia eiusdem Societatis & aliorum Ordinum, sed imperfecta & conditionata; quia per illa voventes se tradunt quidem, subiiciunt & mancipiunt arbitrio & potestati superioris, non absolute tamen, sed tantum sub conditione quod remaneant in Societate, ita ut si dimittantur, remaneant liberi a votis. Unde Vazquez hanc ponit differentiam inter votum solemne & vota simplicia, quae post biennium emittunt in Societate Scholares, & post diuturniorem probationem Coadiutores spirituales formati, quod traditio in istis est temporanea ad nutum Praepositi Generalis iuxta causas in Constitutionibus eiusdem Societatis expressas; at vero traditio in voto solemnem ex natura sua perpetua est. Non mirum ergo quod vota illa simplicia non dirimant matrimonium ex natura sua, sed tantum iure Ecclesiastico, licet solemnia id praestent etiam ex iure naturae»<sup>164</sup>.

**Enrique Pirhing S.I.**, en su tratado *Ius canonicum*, tomo 3º, fechado en 1677, sostiene que la estabilidad requerida por el estado religioso no exige que sea recíproca, por parte también del instituto religioso, y, por tanto, los votos simples de la Compañía de Jesús son suficientes para constituir en auténtico estado de vida religiosa:

«VI. [...] quia status quandam immobilitatem, adeoque perpetuitatem, saltem ex parte voventis seu promittentis, significat, ut patet ex statu Episcoporum, coniugatorum & servorum, qui non ad tempus, sed stabiliter & in perpetuum sunt obligati ad hanc vitae rationem tenendam, *Sanch. C.l. n. 18*. Dixi, saltem ex parte voventis seu promittentis, nam ex parte alterius, sive eius cui promissio fit, non est necessaria reciproca perpetua obligatio, ut patet in servo, qui ex parte sua perpetuam obligationem habet serviendi domino, & tamen dominus illum manumittere sive dimittere a statu servitutis potest».

<sup>164</sup> IOANNES BAPTISTA GONET, O.P. *Clypeus theologiae thomisticae*. Tomus Quintus. Tractatus octavus. *De sacramento Matrimonii*, Disputatio nona. *De impedimentis dirimentibus*. Articulus secundus, *Quo iure votum solemne Religionis dirimat matrimonium subsequens?* § III. *Solvuntur obiectiones*. Editio tertia. Parisiis 1669, nums. 31s, pág. 601.

Aplica esta doctrina a los votos simples que se emiten en la Compañía de Jesús:

«Ex quo infertur quod possit dari vera ac proprie dicta Religio, in qua Religiosus perpetuam habeat obligationem manendi in Religione, etsi Religio non teneatur ipsum perpetuo retinere, sed ob iustas causas dimittere possit, neque ideo contractum vitiose claudicare, ut de Societate Jesu declararunt SS. Pontifices Julius III in Confirmatione Instituti Societatis edita anno M.D.L. & Gregorius XIV in Bulla anno MDXCI; nam ad statum sufficit ut quis se ipsum non possit ab ea vitae conditione liberare, nec propria sponte recedere, quamvis possit potestate Superioris, praesertim Supremi eximi; quomodo etiam professi, auctoritate S. Pontificis, a professione liberari possunt»<sup>165</sup>.

No es, pues, necesario que sean solemnes los votos en la profesión religiosa, que constituye religioso al que la emite; así lo propone:

«§ I. *An vota sollemnia sint de essentia Status religiosi?* - X. Respondendum negative, sed satis est ad constituendum vere & proprie dictam Religionem vota simplicia emittere, ideoque adeo iam certum est, ut de eo nullatenus dubitare liceat, nam *Gregorius XIII, In cit. Extavag. Ascendente Domino*, auctoritate Apostolica & motu proprio definivit eos qui in Societate Jesu tria vota substantialia praedicta, tametsi simplicia, emisissent, vere & proprie Religiosos esse, non secus atque quorumvis aliorum Regularium professos, adeoque non tantum ex privilegio Apostólico, sed per se et spectata natura et essentia status Religiosi»<sup>166</sup>.

Y no se requiere que el religioso sea incapaz de tener dominio de las cosas temporales; de hecho, no se exige en los que emiten los votos simples al fin del bienio de noviciado en la Compañía de Jesús:

«IV. Porro circa hanc primam conditionem, notandum primo ad paupertatem requisitam ad constituendum statum Religiosum non requiritur ut vi illius Religiosus reddatur omnino incapax dominii acquirendi vel retinendi, sive ut eo privetur. [...] Neque vero de hoc hodie dubitare amplius licet, postquam Gregorius XIII in Bulla, *Ascendente Domino*, definivit eos qui absoluto probationis biennio, vota in Societate Jesu emittunt esse vere & proprie Religiosos, non secus ac Professos eiusdem Societatis & cuiuscumque alterius Religionis, etsi retineant ad tempus bonorum suorum dominium, donec renuntiare iis iubentur, ita tamen ut iis uti non possint, tamquam propriis & sine Superioris facultate»<sup>167</sup>.

<sup>165</sup> ERNRICUS PIRHING, *Ius canonicum*, tomus tertius, Titulus 31, sectio 1, Dilingae 1722, pág. 415.

<sup>166</sup> *Ibid.*, pág. 416.

<sup>167</sup> *Ibid.*, Titulus 31, sectio 1, pág. 415.

Insiste en la misma idea, indicando que ha cambiado la legislación de la Iglesia sobre los votos que se requiere sean emitidos en la vida religiosa:

«XVI [...] Et tunc recte dicitur, quod forma per quam Religiosus constituitur, sit Professio Religiosa per vota sollemnia edita, qualis Professio ex Decreto Ecclesiae edi debebat a tempore Gregorii I usque ad tempus Gregorii XIII, qui novam Religionem Societatis approbavit, cum solis votis simplicibus; ac proinde falsum est quod ad Religiosum statum absolute & secundum rei naturam spectatum, sint necessaria vota sollemnia»<sup>168</sup>.

Enrique Pirhing, en ese mismo tratado *Ius canonicum*, 1676, sostiene que la diferencia entre el voto solemne y el voto simple es solamente accidental y extrínseca:

«V. Ex dictis infertur votum solemne & simplex non distingui inter se essentialiter ex utriusque voti natura, sed solum accidentaliter, seu extrinsece, ex sola Ecclesiae constitutione, ut constat [...]. Ratio est, quia votum simplex apud DEUM non minus obligat quam solemne, prout habetur in *c. Rursus, 6, Qui Clerici vel voventes, etc.* Ergo per se & spectato iure naturali ac Divino utrumque votum solemne & simplex aequaliter obligat; per accidens vero solum votum solemne magis obligat quam simplex, ex constitutione Ecclesiae, quae ipsi voto, secundum se spectato, est extrínseca & accidentalis, sicut ipsae solemnitates per Ecclesiam inventae ipsi voto sunt extrínsecae & accidentales. Consistit autem ipsa voti solemnitas in eo quod tanquam solemne acceptetur ab Ecclesia et cum solemnitatibus ab Ecclesia praescriptis, ita ut ab utraque parte, tam voventis quam Ecclesiae acceptantis, tamquam vinculum perpetuum & via ordinaria indissolubile obliget, licet etiam votum solemne dissolvi possit, sed non nisi via extraordinaria & difficillime ac rarissime, cum vota simplicia per ordinariam potestatem dispensandi dissolvi & relaxari possint; quamvis Ecclesia etiam statuere potest, ut absque perpetua & utrimque indissolubili obligatione votum quoddam solemne esset, adeoque res tota pendet ab Ecclesia constitutione, *Sanch. cit. c. 1, nu. 11, & 13*»<sup>169</sup>.

Enrique Pirhing atribuye también al derecho eclesiástico la eficacia dirimente del matrimonio que tiene el voto solemne, ya que también se le ha otorgado a los votos simples que se hacen en la Compañía de Jesús:

«IV. Notandum tertio. Quod hic dicitur, vota simplicia non habere vim dirimendi matrimonium postea contractum, id procedit usque ad tempus Bonifacii VIII, qui hanc Constitutionem edidit. Sed postea Gregorius XIII, anno 1584, in Bulla, *Ascendente Domino*, constituit & declaravit

<sup>168</sup> *Ibid.*, pág. 417.

<sup>169</sup> ERNNICUS PIRHING, *Ius canonicum*, tomus tertius, Titulus 34, V, Dilingae 1722, pág. 486.

eos omnes, qui vota Religionis simplicia in Societate JESU ediderunt, ad contrahendum matrimonium esse inhabiles & contractus huiusmodi nullos ac irritos esse, subintellige, quamdiu haec vota durant, & nisi per legitimam potestatem a Societate, solutis votis, dimittantur, *prout habetur in eadem Bulla*<sup>170</sup>.

Indica, como consecuencia, que ese efecto dirimente del matrimonio procede del derecho eclesiástico:

«Ratio est quia hoc impedimentum dirimens matrimonium non est annexum voto castitatis, nisi ex constitutione Ecclesiae, *cit. c. unic. h.t. in Gl*, quippe quae potestatem habet impedimenta matrimonii dirimentia augendi vel minuendi, prout definivit *Concil Tri. sess. 24, de Sacr. Matr. can. 3 & 4*»<sup>171</sup>.

Enrique Pirhing atribuye a un derecho eclesiástico antiquísimo el hecho de que profesión solemne disuelva el matrimonio rato no consumado:

«XLV. Assertio 2. Probabilius est matrimonium ratum solvi per olemnem Professionem in Religione emissam Iure solo Ecclesiastico, sed antiquissimo a temporibus Apostolorum introducto, ut docet *Less l.2, c. 41, n. 69, Laym, cit. c. 11, n. 3, Zoef. Comment h.t. n. 18, Fagn. In c. Ex parte 14, n. 8 h.t. & alii*»<sup>172</sup>.

Más aún, refuta la sentencia de Tomás Sánchez:

«[...] Sed neque solvitur immediate iure Divino positivo, ut putat *Sanch. Lib. 2, disp. 19, n. 3*. Quia alias etiam per votum simplex Religionis deberet matrimonium ratum solvi; nam votum simplex & solemne, iure Divino, sunt eiusdem rationis, cum solemnitas votorum ex sola Ecclesiae Constitutione sit introducta, ut patet ex *c. un. de voto, in 6*»<sup>173</sup>.

No lo disuelven los votos simples, que se emiten en la Compañía de Jesús:

«XLVII. Infertur secundo. Matrimonium ratum, etsi dirimatur per Professionem solemnem, trium vel quattuor votorum in Societate Jesu, non tamen per vota Coadiutorum formatorum in eadem; quamvis enim sint publica, sive publice emittantur, non tamen sunt solemnna, sed simplicia; multo minus dirimitur matrimonium ratum praecedens per vota simplicia Scholasticorum & Coadiutorum temporalium, non Formatorum, quae nec publica sunt, nec sollempnia, [...]. Nam, quamvis Gregorius XIII in Constitutione, quae incipit, Ascendente Domino, statuerit ut vota simplicia Societatis dirimerent matrimonium contrahendum, sive postea

<sup>170</sup> *Ibid.*, titulus 34, § 1, IV, pág. 486.

<sup>171</sup> ERNRICUS PIRHING, *Ius canonicum*, tomus tertius Titulus 34, § 1, IV, pág. 486.

<sup>172</sup> ERNRICUS PIRHING, *Ius canonicum*, tomus tertius, Titulus 32, XLV, Dilingae 1722, pág. 478.

<sup>173</sup> *Ibid.*

subsequens, quem effectum antea non habebant, nullam tamen mentionem facit de matrimonio prius contracto, adeoque quoad hoc impedimentum nihil mutavit. [...] Accedit quod in Societate Iesu, longo tempore post vota simplicia edita, finito biennio noviciatus, fiat solemnitas Professio, & ideo per illa non dissolvitur matrimonium ratum praecedens, ne uxor diu spectare cogatur, ut *ex declarat. Congr. Concil. refert Barb. in Collect. In c. 2 in fine h.t.*»<sup>174</sup>.

Resulta extraño que Enrique Pirhing afirme que los votos que emiten los escolares y los coadjutores no formados no son “públicos” -«nec publica sunt nec solemnitas»-, después que la Bula *Ascendente Domino*, 1584, estableciera expresamente todo lo contrario, como ya hemos indicado; pero esta diversa opinión es un indicio claro de la evolución jurídica de esos votos simples emitidos después del bienio de noviciado.

**Anacleto Reiffenstuel, O.F.M.**, publicó en 1700 su *Ius canonicum universum*. Al comentar el título 31 del libro 3º, *De regularibus & transeuntibus ad religionem*, se pregunta en el primer párrafo qué votos se requieren en el estado religioso; responde que para constituir el estado religioso es ya totalmente cierto que bastan los votos simples que se emiten en la Compañía de Jesús:

«14. Quaeritur III. Utrum ad substantiam Religionis requiratur ut tria vota sint solemnitas? Resp. Quamvis olim circa hoc quaesitum non modica fuerit controversia, eo quod vota omnium Religiosorum (exceptis Religiosi primae Professionis in Societate) fuerint et adhuc sint solemnitas, *arg. c. un. de Voto in 6*, nihilominus hodie certum est sufficere etiam simplicia. Fundamentum est, quia ita expresse declaravit Gregorius XIII in *Bulla Ascendente Domino*. Sicut etiam quod Religiosi Societatis, qui peracto Novitiatu primam professionem emittunt pro veris habeantur Religiosis, non obstante quod non nisi simplicia tunc edant vota»<sup>175</sup>.

En el comentario del libro 4º al título 6, *Qui clerici vel voventes*, al tratar de los votos que irrigan el matrimonio subsiguiente no alude a los votos simples de la Compañía de Jesús<sup>176</sup>.

<sup>174</sup> ERNICUS PIRHING, *Ius canonicum*, tomus tertius, Titulus 32, § 9, Dilingae 1722, pág. 478.

<sup>175</sup> ANACLETUS REIFFENSTUEL, *Ius canonicum universum*, Tomus Tertius, Titulus 31, *De Regularibus & transeuntibus ad Religionem*, § 1. Maceratae 1747, pág. 500.

<sup>176</sup> *Ibid.*, Tomus quartus, titulus 6, *Qui clerici vel voventes*, num. 21, pág. 83.

**Claudio La Croix, S. I.**, en su *Theologia moralis*, 1710, sostiene también que no se requieren que sean solemnes los votos que constituyen religioso al que los emite, como es el caso de los votos simples en la Compañía de Jesús:

«I. Ad essentim Religionis non requiruntur vota solemnia. Ratio, quia qui in Societate JESU vota simplicia edunt, sunt veri Religiosi, uti definivit Gregorius XIII in Bulla, *Ascendente Domino*, Laym. n. 4».

«*Addenda*. § 1. Ad essentiam status Religiosi non requiritur votum omnimodae paupertatis vel oboedientiae, *Castr. t. 16, d.1, p. 1, num 4*, & satis certum est; nam paupertas Scholasticorum in Societate JESU non necessario abdicat dominium, ut expresse habet Greg. XIII in bulla, *Ascendente Domino*».

Pero se requiere que sean votos que admite el instituto religioso; por ello tiene que solucionar la dificultad que presentan ciertos textos de las Constituciones de la Compañía de Jesús:

«§ 3. Ut quis fiat Religiosus, necesse est ut vota substantialia Religionis admittantur ab aliquo Superiore: *Nec obstat*, quod in Const. Societatis JESU, p. 5, c. 4, in *Decl. l. c.* dicatur vota illius simplicia soli Deo offerri & non homini, ideoque non dicantur fieri in manibus alicuius; *nam* considerari possunt, 1. prout sunt promissio, & sic non acceptantur ab homine, quia promissio illa fit soli Deo; aliud est in professione & in votis Coadiutorum formatorum, quia in illis non soli Deo, sed etiam homini fit promissio, uti patet ex verbis, quibus fiunt. 2. Prout sunt formula quaedam ex intentione Ecclesiae, Societatis & ipsiusmet voventis vim habens se tradendi in ius et corpus Societatis, & sic admittuntur ab homine. Superior enim acceptat & vult eum Societati incorporare, licet non omnino complete. Videri potest. Less, in *auct. v. Societatis JESU cas. 3*»<sup>177</sup>.

Más adelante deduce de los votos simples de la Compañía de Jesús las condiciones mínimas requeridas en el voto de pobreza religiosa. Dice en su *Dubium IV*:

«*Dubium IV. Ad quid Religiosus obligetur vi votorum?*

96. Resp. I., Religiosus ex voto paupertatis obligatur ut nihil habeat proprium. Nomine proprii autem intelliguntur bona temporalia pretio aestimabilia; quorum dominium, vel certe facultatem disponendi liberam & independentem, in perpetuo abdicavit»

«Dicitur II. *Dominium vel facultatem disponendi*, propter Religiosos Societatis JESU, qui post emissa vota retinent & acquirere possunt

---

<sup>177</sup> CLAUDIUS LA CROIX, S. I., *TheologiaMoralis antehac breviter concinnata a R.P. Henrico Busembaum*. Ed. novissima. Tomus Primus. Liber quartus, Caput I. *De Praeceptis Particularibus certo hominum statui Propriis*. Venetiis 1740, num. 1, 2, 4, pág. 339.

dominium radicale bonorum temporalium, non tamen habent ius actuale de iis pro suo arbitrio disponendi vel utendi; in cuius abdicatione essentia Religiosae paupertatis consistit. Sanch. n. 23 & Laym, n. 3»<sup>178</sup>.

Acerca de la diferencia entre voto solemne y simple indica La Croix que es la inhabilidad para un subsiguiente matrimonio que comporta el voto solemne; pero advierte de la excepción que constituyen los votos simples de la Compañía de Jesús:

«360. Resp. II. Dividitur votum. [...] II. In *Solemne & Simplex*. Illud est, quod ut tale acceptatur ab Ecclesia, & sunt haec duo; votum castitatis, quod maioribus Ordinibus annexum est; & votum professionis religiosae. Simplex autem votum est omne aliud, quod talem solemnitatem non habet. Ubi sciendum quod votum solemne reddat personam iure inhabilem ad contractus vel actus contra votum, ut ad Matrimonium vel dominium bonorum habendum, prout *V. infra l.4, c.1, in tr. de stat. Rel.*; simplex autem tale votum, v.g. castitatis, (excipio quod in Soc, JESU emittitur post novitiatum) aut ingrediendae Religionis, etsi reddat contractum, v.g. matrimonium illicitum, non tamen invalidum. *V. infra l. VI de Matr. III*»<sup>179</sup>.

**Francisco Schmalzgrueber S. I.**, en 1717 en su *Ius ecclesiasticum universum* trata de los requisitos substanciales del estado religioso; se pregunta, en primer lugar, si se requiere que sean solemnes los votos que en ese instituto religioso se emiten:

